Mouentes:omnia perturbantes. ut Virg. Auri sacra fames quid nō mortalia pectora cogis. Mobiles: īcertos. Rerum: status sui:ille qui potēs ē timet ne gradu suo deiiciatur. Dubium:ñ sumus certi quid ī futurm habituri sumus. Vos:monet pincipes ut seipsos cognoscant:nec uelint superbire quare nesciūt qd possit accider̄ illis:subicitq; uerba digna lōga mēoria DANIEL. Ludēti cymbæ:maria inquit quæ prius timuit ingens & spaciosa nauis patuerunt & facilem cursū præbuerunt ludenti cimbæ postq̄ sunt tranquillata ita ꝓspera & felici aura pietatis strata ē omnis procella crudelitatis intra fraterna pectora:cymba est paruū nauigiū a cuius silitudine. uasa cymbia uocitantur scribēte ī sexto theodosio eius inuētores fuerūt phœnices. Affranius. cymbā piscatoriā cōscendo. & Cicero. Cymbarū āte pedes multitudo nauis inuēta est prima ī mari rubro a rege erythra. Diadema: insigne & ornamētū capitis regii liber pater primus inuenit una cū triumpho. Nixæ genu : ut solent perse qui flexo poplite osculantur pedes regum hac si lutatione adeunt regem suum persæ. Phœbi propioris:non quod propinquior sit terræ sol in una quam in alia parte orbis sed quia directis radiis maiores affert æstus quam ubi ferit obliquis. Athalantici populi sub ipso oriente collocati solem orientem singulis diebus execrantur propter nimios æstus ultra hos pplos loca sūt īhabitabilia. Clotho:tho sēp ꝓducit̄ ē una ex parcis. q credit ēt hoc nōie eē nymphā fallit̄ si qdē hesiod9 ī sua theogōia appellat dotho nō clotho ibi auctor grecus oium nereidū oia ꝓseqt̄.

BER. Lapsis:iacentibus clotho una ex tribus parcis miscet & permutat oia:nuc unus ꝓsperā fortunā modo aduersam habet. Stare: perseuerare. Rotat uoluit unde fortuna dicit in rota. Fatū:omnem conditionē hoīs. Turbine: uolubilitate.

QVis me:principiū ē quarti actus ī quo tractabit̄ mors filiorꝝ thyestis:ista quæ tantū sunt scelerata nō agunt̄ in scena sed ea nuncius narrat primoq; facit attentos ob tatam crudelitatē:dicens quod uellet asportari in aliquē locum desertum ne uideret tanta flagitia: dicit sum ne in græcia au.inter gentes barbaras q dicūt comedere carnes humanas. Eripiat:ne uideam tantū scelus. Sparte:micene:lacedemon quoq; dicit̄ urbs quæ fuit sub impio atrei. Impios:atreū & thyestē fratres crudeles. Chorintus:urbs fuit achaie super isthmon in medio maris ionii & egei constructa quæ ephira uocata est unde dicit premens fauces:loca illa angusta:hoc est isthmō. Gemini maris.s.ionii & egei. Hister: maxius ē fluuiorum europe alio nomine danubius qui uersus septentrionem p innumeras gentes defluī. Alanis: fugiēs p alanos populos scythiæ crudelissimos. Hircania tellus est ī asia scytharū regio ut plinius li.xvi.testatur q̄ panteris & pardis & maxime tigribus abundat. Scythe : septentrionalis sunt Europe populi non habētes certas domos:ideo uagi & instabiles. Si steterit:si potero narrar̄:dicā sed sum totus attōitus. Hæret. adhuc uideor uidere illud scelus tam ingens ideo insanæ magne procelle exportate me ne uideam ista. In arce: interogatus erat nuncius a choro ut narraret hoc scelus quod ipse uiderat:respondet & primo describit locū ubi factū fuit. In arce: ubi solebāt habitare reges. Ad austros:ad meridiē. Extremū :ultima pars. Crescit:eleuat & ita alta sicut mons. Præmit sub se tenet. Sub ictu:ut possit percutere ex hoc loco eleuato. Contumacem:rebellē. Immane:magnū in hac parte est atriū & porticus maxima in q̄ solent conuenire populi ad loquendū regibus. Ferunt:sustinēt columne marmoris numidici & uariis maculis distincte. Post nota : ultra hæc loca ōnibus patētia alius ē secretior solis regibus cōcessus. Patet: ēst ampla:nō quod omnes ingrediant̄. Compescens: circundans. Penetrale:loca secretiora ubi tenebantur dii domestici uult facer̄ omnia cōuēiētia ad scelus ñ sūt arbores fructuosæ sed horribiles q̄les solēt dari mortuis. Lætos:q̄ ferāt letitiā.

DANIEL. QVis.&c̄. Septimo carmini caput trimetro iambico consistenti & origo est quartus actus oblitus pietatis atreus nepotes truncat in frustra & partim lixos parti assos apponit epulanti fratri interlocutores nuncius sceleris & chorus detestans scelus primum igit̄ narratur facinus deide ut grauitate ipsius cælo q̄ ꝑrimū ortæ tenebræ. Sparte:ī laconia ciuitas olim egregia & nostris item temporibus celebris fama & singulari eruditione Demetrii Moscopli qui me græcas litteras uenetiis ñ mius hūaniter q̄ docte & erudite edocuit:Quē uirum si uideas nō minus ames q̄ uenerere:tāta ī eo hūanitas tanta oris & aspectus gratia cuius uirtutes egregias singularis māsuetudo amitat̄ & uehemēs erga discipulos suos beniuolētia atq; ī erudiēdis ipsis studiū & cura nō mediocris. Scythæ uagi ppl̄i septētriōarii aliter scoloti dicti scithæ a rege ut scribit herodotus & strabo hercules post Gerionē deuictū uēit ad ea loca deserta & uictus frigore dormiuit leonis pelle opertus experectus nō īuēit equas quæ suū traherēt carrū quæ sitabūdus igit̄ ī hylea peruenit uirginē offendit cuius genitalia erāt sēpiterna ab ipo uero femore supernæ ptes hūanæ hæc apud se equas stabulari ē fassa sed nolle reddere nisi amplecteret̄ se Gessit morē uirgini hercules grauidæ dono dedit arcū cū sa-

Maior hoc uobis dominus minatur
Omne sub regno grauiore regnum est:
Quem dies uidit ueniens superbum:
Hunc dies uidit fugiens iacentē
Nemo confidat nimium secundis
Nemo desperet meliora lapsis
Miscēt hæc illis prohibetq; clotho
Stare fortunam.rotat omne fatum
Nemo tam diuos habuit fauentes
Crastinum ut posset sibi polliceri
Res deus nostras celeri citatas
Turbine uersat.

Act9.iiii. Nūcius & chor9. Nūti9 loqt̄

QVis me p auras turbo ꝑcipitē uehet
Atraq; nube īuoluet:ut tātū nefas
Eripiat oculis:o dom9 pelopi quoq;
Et tātalo pudēda.cho.quid portas noui:
Nū.quæ nā ista r̄gio ē:sꝑte & argos ipios
Sortita fratres:& maris gemini ꝑmens
Fauces corinthus:an feris hister fugam
Præbens alanis:an sub æterna niue
Hyrcana tellus:an uagi passim scythæ:
Cho.qs hic nefādi ē cōscius mōstri loc9
Effare:& illud pande quodcūq; ē malū:
Nun.Si steterit aīus si metu corp9 rigēs
Remittet artus:heret ī uultu trucis
Imago facti.ferte me insanæ procul
Illo procellæ ferte quo fertur dies
Hic rapt9.cho.aīos grauius īcerto tenes
Quid sit qd' horres effer. auctorē idica.
Nō quæro quis sit:sed uter. effare ocius:
Nū.In arce summa pelopis pars ē domus
Cōuersa ad austros:cuius extremū lat9
Aequalē monti crescit:atq; urbē premit
Et contumacem regibus populum suis
Habet sub ictu:fulget hic turbæ capax
Immane tectum:cuis auratas trabes
Varii columnæ nobiles maculis ferunt.
Post ista ualgo nota quæ populi colunt.
In multa diues spacia discedit domus.
Arcana ī imo regia secessu patet
Alta uetustum ualle cōpescens nemus
Penetrale regni:nulla quæ lætos solet
Præbere ramos arbor aut ferro coli.
Sed taxu & cupressus.& nigra ilice
Obscura nutat silua:quā supereminens

Despectat alte quercus & uincit nemus;
Hinc auspicari regna tantalidæ solent:
Hinc petere lassis rebus & dubiis opem:
Affixa inherent dona: uocales tubæ:
Fracti currus spolia myrtoi maris:
Victæq; falsis axibus pendent rotæ:
Et omne gētis facius|hoc phrygius loco
Fixū tiaras pelopis; hic præda hostium:
Et de triūpho picta barbarico chlamys.
Fōs stat sub umbra: tristis & nigra piger
Hæret palude: talis ē diræ stygis
Deformis unda; quæ facit cœlo fidem:
Hic nocte tota gemere ferales deos
Fama est/cathenis lucus excussis sonat.
Vlulantq; manes; quicqd audire ē metꝰ
Illic uidetur/errat antiquis uetus
Emissa bustis turba: & insultant loco
Maiora notis monstra|quin tota solet
Micare flammis silua: & excelsæ trabes
Ardent sine igne; sæpe latratu nemus
Trino remugit|sæpe simulacris domus
Attonita magnis|nec dies sedat metum
Nox ꝓpria luco est|& superstitio ifernū
In luce media regnat|hinc orantibus
Responsa dantur certa: cū ingenti sono
Laxantur adyto fata: & immugit specus
Vocem deo soluente/quo postq̄ furens
Intrauit atreus liberos fratris trahens
Ornatur aræ: quis queat digne eloqui
post terga iuuenū nobiles reuocat manꝰ
Et mœsta uitta capita purpurea ligat
Nō thura desunt|nō sacer bacchi liquor
Tangens ue fusa nictimam culter mola:
Seruatur omnis ordo: ne tantū nefas
nō rite fiat. cho. qs manū ferro admouet
Nū. Ipse ē sacerdos ipse funesta prece
Letale carmen ore uiolento canit.
Stat ipse ad aras: ipse deuotos neci
Contrectat: & cōponit & ferro admouet
Attendit ipse nulla pars sacri perit
Lucus tremiscit: tota succusso solo
Nutauit aula dubia quo pondus daret
Ac fluctuanti similis e leuo æthere
Atrum cucurrit limitem sidus trahens.
Libata in igne uina mutato fluunt
Cruenta baccho: regium capiti decus
Bis terq; lapsum est: fleuit in tēplis ebur

gyptis filioq; qui nasceretur regnum traderet mandauit si adultus arcum tenderet peperit Agathyrsum gelonum & Scytham solus scytha tendens arcum a matre regnum accepit a quo populi scythæ denominati.

BER. Coli: ut solēt fructifere sed sūt taxus & cupssus taxus arbores tātæ ifœlicitatis ut q sub ea sōnū cepit moriat̃ ut refert Plinius cupressus datur sacris mortuorū eius naturæ ut semel eradicata nunquā pululet. Nigra ilice: quæ est ex genere quercus. Vincit. s. altitudine sua. Hinc: ab hac arbore solēt reges tantalide petere responsa ad hāc arborē erāt suspēsa trophea & monumenta regum. Tube uocales: sonore. Mirtoi: superius hystoriam enarrauimus de pelope qui uictoria de hypodomia habuit. Tiaras: uel hæc tiara dicitur gestamen capitis quod solebāt portare lydi & frigii: pelops. n. de frigia fuerat. Chalāis: uestis militaris picta acu: qđ iuētū ē phrigiū ide phrygiōes dicūtur q uestes argēto & pictura distigūt. Fons stat: præterea sub hac quercu ē fons tristis & niger nō currēs talis ut est stix palus infernalis per quā iurant dei unde dicit q̄ facit cœlo fidem. s. per iuramentum. Ferales: deos infernales. Excusis: audiuntur ibi strepitus cathenarum. Māes aie: mortuorum. Videtur. s. oculis. Bustis: sepulchris. Notis: imaginibus cognitis: horribiliora sunt tibi monstra quam unquam audiuimus in mondo. Sedat: tolit licet si medius dies uidentur talia monstra. Infernū: ꝑ ifernorꝫ. Laxāt: apiunt. Succusso: cōmoto. Dubia: ī q̄ ptē caderet. Artū: apparuit stella q̄ transcurrens ꝑ cœlū reliqt caudā nigrā ī signo mortis

DAN. Quercus: arbor in manu Iouis unde tēplum rhomæ iouis fagutal insigne sublimi quercu. sic dicta a grauitate unde querquera febris frigida cum tremore dicitur hæc de qua meminit quercus habebat spolia rapta ab antiquis regibus græcorum suspendere spolia ī postibus templorum cōsueuerunt ueteres ut apud Homerum in templo palladis et apud Virg. in octauo. Captiui pēdent currus &c̄. & silius Italicus de templo canēs structo a didone. Auspicari: hinc sceptra accipere. & primos attollere fasces. Regibus omen erat auspicari est auspicio aliquid incipere & aliquando trahitur ad malam partem ut apud Plinium. Homo ifeliciter natus a supplicis uitā auspicatur inuentor cuius extitit thyresias thebanus ide auspicium capitur ꝓductu & pricipio qđ a solo duce capit̃. Trino latratu: quasi cerberi latratu. Supestitio: ut testat̃ ī Terentiū donatus proficiscitur supstitio a timore ideo falsa religio ē. nā supstites dicimus diu uiuentes qui frigescentes in insaniam cōuertūtur & fiūt stupidi. Liberos fratris: nō de sūt q uelit unū tātūmō tātalū trucidasse. hic philisthenē & tātalū: liberi numero multitudinis dūtaxat dicunt̃ filii & filius & filia calistratus putat nepotes & pronepotes intelligi. Aulus Gelius ex auctoritate Sempronii affirmat gracchū cōmēdasse liberos suos populo cū unū tātū uirilis sexus eodē tēpore haberet filiū. Vitta: fasciola q̄ ligātur crines uiere ueteres uincire dixerunt hinc uietores q religāt lagenas fractas Gellius testimōio Accii uieta dixit mollia uittas molam & cultrū instituit in sacrificiis ꝓmetheus q prius bouē imolauit: Limitē sidus thrahens: prodigiosa lāpas signū imitētes sceleris: scribit plinius eē gēus lāpadis q̄ dicūt βολίδα quæ ꝑpetua ardēs lōgiorē trahit limitem qualis apparuit cum lacedæmonii classe uicti græciæ imperium amisere siue referas ad solem qui cœperit calligare & propter horrorē sceleris tenebrari quod quidem non probo.

BER. Conſtat ſibi:non perdit animum ſed minabatur diis. Iãq;: poſt hæc omnia parata ſine ulla mora aſſiluit aras ut occideret pueros:primo dubitans quem prius occideret:& facit ſimilitudinẽ de tigri quæ inter duos iuuẽcos dubitat in quem prius debeat irruere:ita faciebat atreus demum decreuit incipere ab illo qui habebat nomen aui tantali. Capita:pueros illos. Deuota:deſtinata. Ire:uindictæ ſuæ. Perfunctus:qui fecerat. Iubatus:fecit Atreus ſicut leo in medio armenti quãdo proſternit animalia maiora feſſus uadit ad minora. Iubatus:qui habet iubas crines pendentes a collo. Armenia:uerſus orientem. Incubat:inſtat. Rictus:roſtrum aſperſum ſanguine:licet amplius non fameſcat:tamen non ceſſat a cede. Exegit:pertranſiuit.

Vtrunque:ſcilicet pectoris & tergi:quare gladius penetrauerat ad aliam partem:& ita erant duo foramina.

O ſæuum:exclamat chorus audiens tantam crudelitatem:ſed reſpondet nuncius ꝙ ſunt multo peiora: ꝙ illos lacerauit & coquit:ut daret comedẽdos fratri thyeſti:apparuerũt multa prodigia uidebatur ignis nolle coquere illos:fumus non aſcendebat ſed difundebatur ꝑ totam domum:ſol obſcuratus eſt. Natura recipit:quaſi dicat nihil peius poſſet dici nec fieri. Gradus:principium non finis. Licet:multo melius fuiſſet quod dediſſet comedendos fœris. Pabulum:appoſitio eſt.

Sub hoc regno attrei.

DANIEL. Tigris animal uelocitatis tremẽdæ.hyrcania & india fert.hyrcani tigrim ſagyptam uocant inde a uelocitate & amnis & animal dictum eſt:a partu poſito truculentum ualde & aſperum.Ganges fluuius per indiam fluit nouem alueis appellatur phyſos a ſacra ſcriptura & circuit totam terram eiulath & multa genera pigmentorum trahit de fonte paradiſi:ut refert diuus Hieronymus ſcribens ad Ruſticum Gallum monachum.inde Gangeticus declinatur. Truncus:ideſt ſine capite. Virgilius.Iacet ingens littore truncus.dicitur autem truncus re neceſſaria priuatus.Seneca appellat inferius œdipum truncum cum eſſet tãtum cæcus.

Silua iubatus:comæ in collo denſæ & riſpiores leoni præcipua generoſitas ita quidem omnium eſt animalium generoſiſſimus:terretur tamen criſta & cantu gallorum & maxime igni:in Armenia & Affrica præcipuæ magnitudinis leones conſpiciuntur:primus hominum auſus manu leonem tractare fuit anno carthaginenſis.Damnatuſq; eſt. Comparat leoni Armenio irato profanum Atrea:ut leo non contentus iuuencorum cæde ruit etiam in Vitalos ſic Atreus cui non ſat fuit geminos trucidaſſe tertium letho addidit:eodem ĩpetu rapitur Diomedes cõtra troas fractos ipſe etiam feſſus ita Homerus in.ε.Iliados de leone loquens furibundo & indomito cui ipſum comparat Diomedem.

τοῦ μὲν δὲ σθένος ὦρσεν:ἔπειτα δέ τοῦ προσαμύνει.ἀλλὰ κατὰ σταθμοὺς δύεται.τὰ δὲ ῥῆμα φοβεῖται.&c.

Mouere cunctos monſtra:ſed ſolus ſibi
Immotus atreus conſtat atq; ultro deos
Terret minantes:iãque dimiſſa mora
Aſſiluit aris:toruum & obliquum intuẽs
Ieiuna ſiluis qualis in gangeticis
Inter iuuencos tigris errauit duos
Vtriuſq; prædæ cupida:quo primos ferat
Incerta morſus:flectit huc rictus ſuos
Illo reflectit:& famem dubiam tenet.
Sic dirus atreus capita deuota impiæ
Speculatur iræ:quem primo mactet ſibi
Dubitat.ſecunda deinde quem cæde imolet
Nec intereſt:ſed dubitat:& tantum ſcelus
Iuuat ordinare.cho.quẽ tamẽ ferro occupat
Nũ.Primus locus ne deeſſe pietatem putes
Auo dicatur:tantalus prima hoſtia eſt
Cho.Quo iuuenis aio:quo tulit uultu necẽ
Nũ.Stetit ſui ſecurus:& non eſt preces
Perire fruſtra paſſus:at illi ferus
In uulnere enſem abſcõdit:& penitus ꝓmẽs
Iugulo manum commiſit.educto ſtetit
Ferro cadauer.Cumq; dubitaſſet diu
Hac parte an illa caderet:in patruũ cadit:
Tunc ille ad aras philiſtenem ſæuus trahit:
Addicitq; fratri.colla percuſſa amputat.
Ceruice cæſa truncus in pronum ruit.
Querulũ cucurrit murmure incerto caput:
Cho.quid deinde gemia cæde ꝑfunctꝰ facit:
Puero ne parcit:an ſcelus ſceleri ingerit:
Nũ.Silua iubatus qualis armenia leo.
In cæde multa uictor armento incubat
Cruore rictus madidus.& pulſa fame
Nõ ponit iras:hinc & hinc tauros ꝓmens.
Vitulis minatur dente iam laſſo piger:
Non aliter atræus ſæuit atq; ira tumet.
Ferrũq; gemina cæde perfuſum tenens
Oblitus in quem rueret infeſta manu
Exegit ultra corpus:at pueri ſtatim
Pectore receptus enſis in tergo extitit
Cadit ille:& aras ſanguine extinguens ſuo:
Per utrũq; uulnꝰ moritur.cho.o ſæuũ ſcelus
Nũ.Exhorruiſtis:hactenus non ſtat nefas:
Plus eſt.cho.an ultra maius aut atrotius
Natura recipit.Nũ.ſceleris hũc finem putas
Gradꝰ ẽ.cho.quid ultra potuit:obiecit feris
Lanianda forſan corpora atq; igne arcuit
Nũ.Vtinã arcuiſſet:ne tegat functos humꝰ
Nec ſoluat ignis auidus.epulandos licet.

Ferisq; triste pabulum sæuis trahat:
Votum est: sub hoc quod esse supplicium solet:
Pater insepultos spectet: o nullo scelus
Credibile in æuo: quodq; posteritas neget:
Erepta uiuis exta pectoribus tremunt
Spirantq; uenæ: corq; adhuc pauidum salit
At ille fibras tractat: ac fata inspicit.
Et adhuc calentes uiscerum uenas notat:
Postquam hostiæ placuere: securus uacat
Iam fratris epulis: ipse diuisum secat
In membra corpus: amputat trunco tenus
Humeros patentes: & lacertorum moras:
Denudat artus: durus; atq; ossa amputat.
Tantum ora seruat: & datas fidei manus.
Hæc uerubus hærent uiscera: & lentis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
Querente aheno iactat: impositas dapes
Transiliit ignis: hincq; trepidantes focos
Bis ter regestus & pati iussus moram
Inuitus ardet: stridet in uerubus iecur:
Nec facile dicam corpora an flammæ gemant
Gemuere: piceus ignis in fumos abit.
Et ipse fumus tristis ac nebula grauis
Non rectus exit: seque in excelsum leuat
Ipsos penates nube deformi obsidet.
O phœbe patiens fugeris retro licet:
Medioq; ruptum merseris cœlo diem:
Sero occidisti: laniat gnatos pater:
Artusque mandit ore funesto suos:
Nitet fluente madidus unguento coma:
Grauisque uino sæpe præclusæ cibum
Tenuere fauces: in malis hoc unum tuis
Bonum est thyesta: quod mala ignoras tua.
Sibi hoc peribit: uerterit currus licet
Sed ipse titan obuium ducens iter:
Tenebrisq; facinus obruat tetrum nouis:
Nox missa ab ortu tempore alieno grauis:
Tamen uidendum est: tota patefiant mala.

Chorus loquitur.

Vo terrarum superumque parens
q Cuius ad ortus noctis opacæ
Decus omne fugit: quo uertis iter:
Medioque diem perdis olympo:
Cur phœbe tuos rapis aspectus:
Nundum seræ nuncius horæ
Nocturna uocat lumina uesper.
Nundum seræ flexura rotæ
Iubet emeritos soluere currus.

BER. Est uotũ: solent timere alii ne sepeliantᷓ sed ibi põt optari: quare maius facinus ẽ factum. Supplcium. s. relinquere insepultos est uotũ desideriũ sub hoc atreo. Exta: interiora: ecce magnũ scelus quod uiuis adhuc pueris ille pertractabat illis intestina quasi notare & considerare uellet tanq̃ extipitia. Vacat: rimatis iterioribus puerorum securus & intrepidus preparat corpus illorum ad comedendum fratri. Moras: ea quibus brachia cõiunguntur tergo: tantũ seruauit ora & manus in fidem datas: nam Thyestes dederat filios tanq̃ obsides fratri. Hæc: partẽ assauit partẽ elissauit. Latex inflãmatus: aqua calida. Querente lamentãte: quare uidebatut murmure queri. Transiliit: uidebatᷓ recedere. Stridet: quasi gemitum faciens. Piceus: niger. Rectus: in altum sicut solet. O phœbe: o sol qui obscuratus es. Patiens: quare tolerasti hæc mala. Pr̃: Thyestes comedit filios suos ore funesto & miserãdo.
Vnguẽto: solebant unguẽtari aquis odoriferis discũbentes. Grauis: plenus. Peribit: quare postea scies. Verterit: q̃uis sol occiderit & nox tegat ista scelera: tamẽ detegentᷓ. Obuiũ: cũ deberet ire ad occidentẽ iuit ad orientẽ: ideo obuius sibi: nã facta est nos ab oriente. Obruat: abscondat. Nouis: q̃les nõ sunt solite. Alieno: tẽpore lucis. Patefient: quare scies filios comedisse.

QVo terrarũ: scribitᷓ chorus hic uersu anapestico de quo diximus supra turbiẽ magno Dolẽs querit quare sol fugerit & uices rerũ mutentᷓ: & ne redeat chaos cum nox uenerit in meridie timet ne sit finis mundi. Sol patens: quare omnia calore suo in terris generantur & superis dat lucẽ. Decus: sydera quæ sunt ornamenta noctis. Qua fugit: quare illa obscuratur ueniente sole. Flexura: inclinatio rotæ euntis ad occasum. Hesperiæ hispanæ: q̃re ultima terrarũ est hispania uersus occidentẽ. Emeritos: qui compleuerint cursum suum.

DANIEL. Fibris: Iecinorum uenæ siue radices. Plinius: Muriũ iecusculis fibræ ad numerũ dierũ lunæ congruere dicuntur. Virgilius: Nec fibris requies datur ulla renates. etiam in herbis fibræ sunt. Idem: Et amaris in tyba fibris. faciebat ergo extispicinam in iecinoribus puerorũ. Verubus: ut torreret conseruat enim ante bus dictio ueru proprie ὀβελον a græcis α uertendo dictũ homerus in. α: Iliados μιϛυλλον τ᾽ ἄρα τἆλλα καὶ ἀμφ᾽ ὀβελοῖσι ἔπειραν. Flamatus latex: lixauit: ueteres lixatis tantum carnibus uescebantur. Ouidius de obside iouis. partim feruentibus artus mollit aquis. Quo terrarum: Octauum carmen quod scribitur metro pindarico anapestico dimetro sic. Quo terrarum: superumq; parens. obstupescit chorus inopinam siderum caliginem quæ horribile facinus atrei testabatur.

BER. Nundũ:ſolebant antiqui diuidere tẽpus per uigilias ſicut nos per horas:quattuor in die.& nocte quattuor uigilias habebãt.oibus tribus horis mutabanť:& ſic erant duodecim horæ noctis & duodecim diei. Bucina: tertia uigilia quæ per bucinam dabatur ſicut nunc per campanã. Nunqd:iterrogatiue uidiſti giãgtes quelint renouare bella contra deos. Carcere ditis: plutonis ubi dicuntur eſſe ligati. Tytius: gigas. Sautius: uulneratus. Typheus: gigas poſitus ſub æthna nunc explicuit latus ſuum: ut fugeret. Phlegreos:pugnaturi gigãtes cõtra deos olim cõgregati ſunt in phlegra ualle theſaliæ ubi poſuerunt tres mõtes unum ſupra aliũ pelion oſſam & pindum. Threſa: ablatiui caſus de thracia.

Solite:cõſuete:ut primo dies poſtea nox ſit. Genitrix: aurora quæ ſolebat eſſe miniſtra ſolis & fernabat equos ſuos qñ recedebãt ab oriente nunc ſtuper. Roſcida:plena rore: quare tũc cadit ros. Deo:ſoli. Eoos:oriẽtales. Lumina:igreſſum ſuũ:quare de aurora ſolent egredi.equi:ut faciãt diẽ nũc ingrediunť:ut faciant noctẽ. Tingere: diciť ſol ſtabulari & occidere in occeano. Sed quicqd:uenit in deſperationẽ ſi ſit nox quare apparerent ſydera uel luna: ſed dubitat ne ſit finis mundi. Tegat: occultet & cõfundat oia elementa. Picti: ꝓpter ſtellas. Vaga:ſtellarũ aliquæ ſunt fixæ aliquæ errantes:iõ dicit uaga. Dux aſtrorꝵ: ſol appellať. Notas:ſigna.

Pruinæ:ıqñ dies ſunt breuiſſimi. Nõ phœbeis:nõ erit amplius luna quæ cõpleat curſum in uigintinouẽ diebus. Ob uia:oppoſita:quare ſumit lumen a ſole. Timores:quãdo eſt nox obſcura hoies timẽt ire. Vincet:nã luna citius pagit curſum ſuũ ꝙ ſol ideo uincet fratrẽ. Habenas: curſum. Curuo limite:per curſum zodiaci ꝗ eſt circulus flexus. Ibit:amplius nõ erit ordo in cælo:ſed oia cõfundenť. Hic qui: cælũ eſt rotundũ quinqꝫ zonis diuiſum quod Virgilius in georgi. recte deſcribit has interſecat zodiacus per tranuerſum ferens ſigna hoc eſt planetas unde circulus ipſe appellať ſignifer. Hic incipit denumerare ſigna zodiaci.aries qui principium eſt anni: & hic dicitur fabuloſe fuiſſe qui hellẽ & phriſum adamantis filios ultra helleſpontum tranſfretaſſe.

DANIEL. Bucina: Inſtrumentũ æneũ ad dandũ ſignum a bucca:uel potius a mugitu bouis ſiquidẽ græci βουκανιστηριον nominãt buci:nã & bucinatorẽ ipſum βουκανιστὴν dicũt. in duodecim tabulis ſcriptũ ẽ. Solis occaſus ueſpa eſto ĩde pria fax:deide cõcubia:mox itẽpeſta.ꝗ nõ hẽt idoneũ tṗs rebus gerẽdis.ꝑterea ĩ finitiõe diei.iclinatio mediæ noctis ẽ initiũ diei:deide galliciniũ:poſtea cõticiniũ:mox diliculũ:poſtrẽo mane.ita diuiſerũt noctis & diei ſpacia. auctor Var.in lib.rerꝵ huma.ꝗs ptes ſectatores xp̄i trãſtulerũt in ſacrificiũ. ueſpos:cõplectoriũ & matutinũ.ueterũ mox fuit ad bucinã illas diſtiguere.vñ Sene.in ꝓhemio li.yii.decla. Albutii declamatoris dicacitatẽ iprobãs inqt. Sæpe declamãte illo ter bucinauit. Ergo tertia bucina:tertia diei pars cũ ordinẽ imitãdo quẽ dixi. Graues umbras:luna alit & auget ponderoſos humores.idicio ſunt cõchilia accipiẽtia icremẽtũ & plenitudinẽ ab ea:nec mirũ cũ ſit oium ſyderũ nouiſſima & ꝓxia terrã a ꝗ ſordidos & ipiſſos uapores exhaurit.ꝑterea iſtra eã nihil ẽ niſi mortale & caducũ.iõ graues umbras reſpectu ſui iflexus qui grauis eſt & dẽſus.aut graues rigore noctis quã radiis accenſa ſolaribus illuminat ut ait Theodoſius. Deforme chaos:ne prima rerum initia in cæcam illã profundamqꝫ inanitatem reuoluantur χάσκειν græci dicunt hiare inde χάσμα hiatus & chaos. confuſus hiatus. Secat zonas: ambitioſe loquitur cum unam tantum ſecet torridam ſcilicet

Nundum in noctem uergente die
Tertia miſit bucina ſignum
Stupet ad ſubitæ tempora cœnæ
Nundum feſſis bobus arator.
Quid te æthereo propulit curſu:
Quæ cauſa tuos limite certo
Deiecit equos: nunquid aperto
Carcere ditis: uicti tentant
Bella gigantes: nunquid Tytius
Pectore feſſo renouat ueteres
Sautius iras: num reiecto
Latus explicuit monte thyphœus.
Nunquid ſtruitur uia phlegreos
Alta per hoſtes: & theſſalicum
Threſſa premitur pelion oſſa
Solite mundi periere uices:
Nil occaſus: nil ortus erit.
Stupet eoos aſſueta deo
Tradere frenos: geniſtrix primæ
Roſcida lucis: peruerſa ſui
Lumina regni: neſcit feſſos
Tingere currus: nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto
Ipſe inſueto nouus hoſpitio
Sol auroram uidet occiduus:
Tenebraſqꝫ iubet ſurgere. nundum
Nocte parata non ſuccedunt
Aſtra: nec ullo micat igne polus
Nec luna graues digerit umbras:
Sed quicquid ideſt: utinam nox ſit:
Trepidant trepidant pectora magno
Percuſſa metu: ne fatali
Cuncta ruinam quaſſata labent.
Iterũqꝫ deos hominesqꝫ premat
Deforme chaos: iterum terras
Et mare & ignes & uaga picti:
Sydera mundi natura tegat.
Non æternæ facis ex ortu:
Dux aſtrorum ſæcula ducens
Dabit æſtatis brumeqꝫ notas:
Non phœbeis obuia flammis:
Demet nocti luna timores
Vincetqꝫ ſui fratris habenas
Curuo breuius limite currens
Ibit in unum congeſta ſinum:
Turba deorũ. Hic qui ſacris peruius
Secat obliquo tramite zonas:
Flectens longos ſignifer annos.

prima zona iter australē polū & circulū antarcticū frigida.secūda iterlacet antarcticū circulū & tropicū hyema lem habitabilis.tertia est iter tropicū hyemalē & solsticiū æstiuū qui aliter & tropicus æstiuus hāc secat sol.ibabitata.Quarta inter Tropicū æstiuū & circulū arcticū hæc quā nos incolimus.Quinta posita est inter circulū arcticū & polū arcticū itē rigida & inhabitabilis.solā mediā quæ est inter duos tropicos secta a zodiaco p obliquū ut facile cerni pōt in sphæra materiali:zonas aūt dixit Sene.qa hæc media est zonæ iacētis iter eqnoctialē

Lapsa uidebit sydera labens.
Hic qui nundum uere benigno:
Reddit zephyro uela tepenti:
Aries præceps ibit in undas:
Per quas pauidam uexerat hellen.
Hic qui nitido taurus cornu:
Perfert hyadas:secum geminos
Trahet:& curui brachia cancri.
Leo flammiferis æstibus ardens:
Iterum e cœlo cadet herculeus:
Cadet in terras uirgo relictas.
Iustęq; cadent pondera libræ.
Secunq; trahent scorpion acrem.
Et qui neruo tenet hæmonio:
Pennata senex spicula chiron.
Rupto perdet spicula neruo.
Pigram referens hyemem gelidus:
Cadet ægoceros:frangetq; tuam
Quisquis es urna:tecum excedent
Vltima cœli sydera pisces.
Monstraq; nunq̄ perfusa mari:
Merget condens omnia gurges:

& tropicū hyemalē & alterius iter eūdē & tropicū æstiuum. BER. Vela:quare tpe ueris nautæ icipiūt nauigare. Ibit ī undas:cadet de zodiaco in mare. Hic taurus:h est quē dicimus in hercule furēte ꝑpter iouē positū in astra quod in bouē sit fabulose cōuersus.septē stellas habet in fronte quæ subucule appellātur. Perfert hyadas:stellas qnque q̄ filiæ athlantis fuisse dicūtur in cælū translate in ore tauri collocatæ fuerunt dicēte Ouid. li.vi.fastoꝝ: Postera lux hyades taurinæ cornua frōtis:euocat & multa terra madescit aqua:nā cū oriunt̄ & occidūt tēpestates & pluuias faciūt. Geminos:hi fuisse dicūtur fratres castor & pollux. Curui cancri:cancrū inter astra locatū fabulæ aiūt:quoniā herculē aliis auxiliantē & hydriā de fronte nerayda auferentē saliēs in pede ꝑcusserit. alit̄ iunonis beneficio inter astra locatus cācer:ꝙ cū hercules contra hydrā lerneā constitisset:& ex palude pedem eius mordicus arripuisset: ab eo interfectus est: ꝑpterea a Iunone inter duodecim signa cōstitutū fuisse. Leo:leonē aiūt in astra collocatū quod dominus ferarū & princeps existimatur:nōnulli hoc amplius dicūt ꝑpter memoriā herculis qui leonē ingētem inermis dicitur peremisse. Virgo:hic ad aspectū bootis cōstituta est inter leonē & librā:hāc fabulose Hesiodus dicit filiam fuisse Iouis & Themidis iustā uocatā.ab aliis astræ quæ prius terras habitasse dicit̄ & ob scelera hominū ad cælū fugisse:unde dicit terras relictas ꝙ iterū per confusionem rerū cadet in terras q̄s ipsa reliquerat. Scorpio: a ioue inter astra locatū uolunt:quod Orion cum uenaretur:& in eo exercitatissimū se esse consideret dixisse etiā Dianæ & Latonæ se oīa quæ ex terra oriuntur interficere ualere quare terrā permotā scorpionē misisse: qui eum interficere monstratur:iouē autē utriusq; animū admiratū: scorpionem inter astra collocasse: & species eius oībus documētū eēt:ne q̄s eorū aliqua re sibi cōsideret:dianā autē ꝑpter studiū Orionis petisse a Ioue:ut illi idē beneficiū daret petenti:quod terræ ultro tribuisset:itaq; eū cōstitutū: ut cū scorpius exoriatur occidit Orion:scorpius aūt ꝑpter magnitudinē mēbroꝝ in duo signa diuidit̄ q̄re effigiē nostri librā dixere quā scorpius facit cū chellis suis:& reliquo corpore aliud signū. Et qui neruo:hemonio.i.thesalico chiron cētaurus qui inter ceteros centauros iustissimus asclepiū & achillē nutrisse existimabat̄.pietate igitur & diligētia effecit ut inter astra numeraret̄:apud hūc hercules cū diuerteret & simul cū chirone sedēs sagittas cōsideraret. fertur: unā earū decidisse supra pedē chironis:& ita eū interfecisse.alii autē dicūt centaurū miratū: ꝙ tā breuibus sagittis tā magna corpora centauroꝝ interfecerit ipsum cōtendere arcū conatū.Itaq; ex eius manu sagittā ꝑlapsam in pedē eius incidisse pro qua re iupiter eius misertus inter astra cōstituit. Spicula:sagittā suā cadēdo.nā sagittis usum fuisse uolūt ꝑpterea in formā sagittarii formatunt. Pigrā:post sagittariū sequit̄ capricornus ad occasum spectās:& totus in zodiaco circulo deformatus cauda toto corpore medius diuidit̄ ab hyemali circulo supositus aquarii manu sinistra:occidit ꝑceps:exorit̄ aūt directus. Huius effigies similis est egipani quē iupit̄ qd̄ cū eo erat nutritus in syderibus esse uoluit ut caprā nutricē: de qua ante diximus. Hic etiā dicit̄ cū iupit̄ titanas oppugnaret primus obiecisse hostibus timorē qui paniscos appellat̄:ut ait erat Osthenes.Habet cornua capræ in capite:& est forma humana:habet pedes caprinos:unde egloceros appellat̄:ergo capra dicit̄:ceras cornu q̄re habet cornua capria.qn̄ sol est in capricorno est solstitiū hyemale:in cācro æstiuale. Pigrā:quæ facit hoīes pigros. Quisq̄s est:dicit aq̄rū q pedes hēt in hyemali circulo defixos:manū sinistrā usq; ad capricorni tergus porrigēs:dextrā iubā pegasi ꝑpe cōiūgēs spectat ad ortū q cū ita sit figuratus:necesse est corpore ꝑpe resupinato uideri.Effusio aquæ puenit ad eū piscē q solitarius figurat̄ aq̄rū plures ganymedē esse dixerūt quē iupit̄ ꝑpt̄ pulchritudinē corpis ereptū parētibus deoꝝ ministrū fecisse existiat̄.Itaq; ostēdit̄:ut aquā aliqn̄ ifūdēs.Egesias aūt dicit dencalionē fuisse quo regnāte fuit diluuiū.Vn̄ dicit ibi.Quisq̄s es uel Ganymedes:uel dēcalion. Pisces: hoꝝ alt̄ notius alt̄ boreus appellat̄:iō ꝙ unus eoꝝ q borus dicit̄ iter eqnoctialē & æstiuū circulū sub Andromede brachio collocat̄:& arcticū polū spectās cōstituit̄.Alt̄ aūt est in zodiaco circulo extrēo sub scapulis nō lōge ab eqnoctiali circlo collocato spectās ad occasū.vn̄ dicit. Vltia:q̄re sūt ultimi ī zodiaco. Mōstra:& ī sūma oia cōfundentur simul quecūq; mōstra sunt in cœlo. Gurges:mare. Cōdens: abscōdens merget illa signa quæ

nunq̃ occidũt ſupra nos. Lubricus:anguis h̃ eſt iter ãbas arctos maximus flexuoſo corpore qui utrãq; arturũ ſemicingit hũc fœrecides dicit iter aſtra collocatũ:eo ꝙ tũ nuberet a ioue iuno diis offerẽtibus munera:terra quoq; obiulit aurea mala cũ ramis:qbus indeorũ orto qui erat apud athlãtem plãtatis:ut his quotidie uirgines letarentur : cuſtos cõſtãtius eſt or. ri hepidũ & ab hercule interfectus:ut hẽnt fabule & a iunone iter ſydera collocatus. Fluminis:eſt ſerpens reuolutus ĩ modum fluminis:& inter ſinus habet ãbas uerſas. Cynoſura: urſa mior de q̃ Luc. Te ſegnis cynoſura ſubit:Tu ſica ꝑfũdo mergere paluſtra putas. Frigida: q̃re ad polũ borealem poſita ẽ. Atrophilax:dicitur artos ſiue uerſe philax.i.cuſtos: ut Cic.lib.ii.de nat.deo. Referens uerſus arati ait arctophilax uulgo qui dicĩ eſſe bootes:hunc arcadem caliſtõis filium fuiſſe dicunt:iõ boote appellatũ:quia arctio q̃ paluſtrũ dicta fuit agitare dicĩ.vñ ibi dicit cuſtos ſui paluſtri.i.urſe. Tardus: piger. Nõ ſtabilis:nunq̃ occidẽs urſa fiet nũc mobilis quare ruet de gradu ſuo:& oia miſcẽtur. Nos: querĩ ꝙ iſte populus ſolus ſit ꝑpter quẽ tanta mala eueniãt. In nos :ꝑpter mala noſtra. Abeãt:nimis eſt uitæ cupidus q nõ uult mori oibus aliis moriẽtibus:itaq; nõ oportet ut lamentamur.

Equalis:hic eſt initiũ quinti actus ubi atreus ſibi cõgratulaĩ feciſſe uindictã de fratre:& thyeſtes cognoſcet ſe cõediſſe filios. Sic ergo loq̃tur ſecũ atreus uideor:ut tãgam aſtra uertice. Nunc decora:uideor nunc habere regnũ antea non uidebar rex cum paterer tot iniurias. Soliũ:ſedes eſt regia. Dimitto ſupos nolo ãplius fatigare deos uotis meis:q̃re ſatis feci aio meo & uindicte. Mihi :habet ẽphaſim:quaſi mihi cupio crudeliſſima ſatis factũ eſt.poſtea emẽdat ſe & dicit adhuc uolo ꝙ bibat ſanguiuẽ ſuorũ & cognoſcat ſe cõediſſe filios: nõ reliquã ipſũ ãplius intãta leticia in cõuiuio. Obſtaret:ſecurus erat ĩ tãta eclipſi atreus:ridẽſq; deos dicit dies receſſit:hoc ẽ facte ſunt tenebre ne pudor ipediret ad q̃dpiã ſcelus.nã de nocte nõ ſolemus tãtũ uerecũdari q̃tũ de die:ut diẽ oui:lux inimica puellis q ſolẽt de facili uerecũdari. Perge:exhortaĩ ſeipſũ. Fugiẽtes : q uidenĩ fugere ꝑpter tenebras. Diſcutiã:ueniẽs dicit hæc uerba:expellã tenebras luminibus:ut uideat miſeriã ſuã. Sobrio:nolo ipſũ ebriũ.ſed ſobriũ:ut cognoſcat malũ ſuũ:& poſſit uehementius dolere. Turba:iubet famulos apiri portã:ut capita filiorꝫ & manu patri oſtẽdat. Laxa:api. Intuẽs:uolo uidere qñ pr̃ intuebiĩ capita filiorꝫ quos colores habebit uel paleſcet:uel rubeſcet. Rigeſcat.cõgelabiĩ:cũ ſanguis in magno dolore curat ad præcordia. Apta:atreus uidet a lõge fratrẽ & iter ſe loquitur oia iſta. Incubat : ſedet ornatus purpura. Fultiẽs:ſuſtẽtãs. Eructat:nã uideĩ oñdeꝛ ſupbiã ſuã q uideĩ ſibi eẽ deũ & regẽ regũ. Vota:fecit pluſq̃ deſiderabã:ut guſtaret corpa filiorꝫ:ſed ipſe cõedit ad ſaturitatẽ. Ducit:bibit. DANI. Aeq̃lis:Carmẽ nonũ & q̃ntus actus trimetro iãbico cõſtãs.apponiĩ cœna cocta añ Thyeſtẽ coronatũ & delibutũ unguẽtis.prio gaudet ſcelere atreus iã e ſnia ꝑfecto . dein cõgratulaĩ Thyeſtes regno reſtituto. poſtrẽo deſcribiĩ iſauſtũ illud:& tragicũ cõuiuiũ . ꝑrũpit itaq; atreus ꝑfuſi gaudii furore cõcitatꝰ:æq̃lis gradior aſtris. Implebo patrẽ:me patinario coco deuorabit filios pr̃. Reſupinus : aut ſupinus ſtãs aut melius reſupinus.i.mollis. Marti. Nuſq̃ delicie ſupiniores & Pertius. Latio quod honore ſupinus . reſupinus ergo uentre porrecto & erecta ſtans facie quod eſt molliũ & lautorum inde reſupinare conuertere & pturbare. Iuuenalis. Aulam reſupinat amici. Incubat:inſiſtit:innititur. Iacet:eructando ſe deum exiſtimans.

Et qui medias diuidit urſas:
Fluminis inſtar lubricus anguis.
Magnoq; minor iuncta draconi:
Frigida duro cynoſura gelu.
Cuſtoſq; ſui tardus paluſtri.
Iam non ſtabilis ruet arctophylax.
Nos e tanto uiſi populo
Digni:præmeret quos euerſo.
Cardine mundus:
In nos ætas ultima uenit:
O nos dura ſorte creatos:
Seu perdidimus ſolem miſeri:
Siue expulimus.
Abeant queſtus:diſcede timor.
Vitæ eſt auidus:quiſquis nõ uult
Mundo ſecũ pereunte mori.

Actus quintus. Atreus ſolus loquitur.

a Equalis aſtris gradior:cũctos ſupo
Altũ ſupbo uertice attigẽs cœlũ.
Nũc decora r̃gni teneo:nũc ſoliũ patris
Dimitto ſuperos:ſũma uotorum atigi:
Bene eſt: abunde eſt:iã ſatis etiã ẽ mihi
Sed cur ſatis ſit:pergã & iplebo patrem
Funere ſuorũ:ne quid obſtaret pudor:
Dies receſſit:perge dũ cœlũ uocat
Vtinam q̃dẽm tenere fugientes deos
Poſſẽ & coactos traheꝛ : ut ultricẽ dapẽ
Oẽs uiderẽt:q̃d ſatis eſt uideat pater:
Etiam die nolẽte:diſcutiam tibi.
Tenebras:miſerie ſub q̃bus latitãt tuæ
Nimis diu conuiua ſecuro iaces:
Hilariq; uultu:iam ſatis mẽſis datũ eſt:
Satiſq; bacho:ſobrio tanta ad mala
Opus eſt thyeſte:turba famularis fores
Templi relaxa.feſta pateſiat domus:
Libet uidere capita natorum intuens
Quos dẽt colores:uerba q̃ primꝰ dolor
Effundat:aut ut ſpiritu expulſo ſtupens
Corpꝰ rigeſcat fructꝰ hic operis mei eſt
Miſerum uidere nolo.ſed dũ fit miſer.
Aperta multa tecta collucent face
Reſupius ipſe purpura atq; aurõ icubat
Vino grauatum fulciens leua caput
Eructat omne cœlitum excelſiſſimum
Regnũq; regẽ:uota tranſcendit mea
Statur eſt capaci ducit argento merum.

Ne parce potu: restat etiã nunc cruor
Tot hostiarũ: ueteris hũc bacchi color
Abscõdet hoc: hoc mẽsa claudat scypho
Mixtũ suorũ sanguiuẽ genitor bibat.
Meũ bibisset: ecce iam cantus ciet.
Festasq; uoces: nec satis mẽti imperat.

Solus Thyestes loquit̃.

Ectora longis hebetata malis
p Iam solicitas ponite curas
Fugiat mœror fugiatq; pauor.
Fugiat trepidi comes exilii
Tristis egestas: rebusq; grauis
Pudor afflictis: magis unde cadas
Quã quod refert: magnũ ex alto
Culmine lapsum. stabilẽ in plano
Figere gressum magnũ ingenti:
Strage malorum pressum: fracti
Pondera regni: non inflexa:
Ceruice pati: nec degenerem
Victũq; malis: rectum impositas
Ferre ruinas: sed iam seui
Nubila fati pelle ac miseri
Temporis omnes dimitte moras
Redeant uultus ad lęta boni.
Veterem ex animo mitte thyestem.
Proprium hoc miseros sequit̃ uitium:
Nunquã rebus credere lætis:
Redeat fœlix fortuna licet:
Tamen afflictos gaudere piget
Quid me reuocas festũq; uetas:
Celebrare diem: quid flere iubes:
Nulla surgens dolor ex causa:
Quis me prohibet flore decenti
Vincire comã: prohibet & prohibet.
Vernæ capiti fluxere rosæ:
Pingui madidus crinis amomo:
Inter subitos stetit horrores.
Imber uultu nolente cadit.
Venit in medias uoces gemitus:
Mœror lachrymas amat assuetas
Flendi miseris dira cupido est:
Libet infaustos mittere questus:
Libet & tyrio saturas ostro:
Rumpere uestes: ululare libet.
Mittit luctus signa futuri
Mens ante sui præsaga mali.
Instat nautis fera tempestas:

BER. Ne parce: dicit ad eũ atreus sed thyestes non audit. Potu: casus datiui: noli timere ꝙ tibi deficiet. Hostiarum: filiorum tuorũ. Veteris: miscebo sanguinem cum uino ne ipse cognoscat. Claudatur finiatur. Scypho: poculo. Meũ bibisset: occurrit sibi atreus uis facere tantã credulitatẽ est ita quare bibisset meum & ego uolo ꝙ bibat suum. Ecce: dat locum sequenti scene: quare thyestes ebrius cantabat. Mẽti imparat: idest non satis compos mentis sue.

p Ectora: scribitur uersu dimetro anapestico: ut supra turbine magno. Hic est cantus thyestis qui erat in cõuiuio: & repræhendit seipsum: ꝙ nõ poterat lætari: quanuis esset ĩ regno: unde nescit causam & loquitur per modum dialogi intra se. Pectora: loquitur ad pectus suum.

Hebetata: indurata propter longam consuetudinem malorum. Refert: pluris momenti est. Quam: quo supple iterum cadas quando homo habet malam fortunam: non tãtum dolet quantum si fuerit in alto statu & ad infimum ueniat. Culmie statu: magna res ẽ & difficilis tollerare æquo animo malam fortunam cum ceciderit ab alto. Plano: contrarium culminis: sententia est quando quis lapsus est de sublimi gradu: est magnum idest difficile posse pati. Pressum: grauatum. Strage: malorum ingenti cumulo malorum.

Nõ inflexa: a simili de uno qui habet põdus in collo: opus est: ut se inclinet: ita ẽ necesse hominem deiectum a statu suo dolere. Nec degenerem: est quasi eadem sententia: est impossibile ꝙ non sit dimissus. Sed iam: nunc nõ sunt iste cause in me propterea deberem lætari. Nubila: tristia. Veterem: thyestem uultum & tristiciam quam habebas in exilio.

Proprium: quando unus solitus est pati multa aduersa: & si illi rideat fortuna: timet tñ semper cadere in aduersis. Vetas: quare non dimittis me gaudere dolor cuius causam non satis cognosco. Vernæ rosæ: quæ solent tempore ueris florere: erat cõsuetudo antiquorum: ut coronati discũberent: & unguentati quibusdam præciosis aquis. Stetit: crines stant erecti propter timorem. Libet: ex tristicia est mihi impetus lacerandi uestes. Infaustos: miseros. Saturas: tinctas colore purpure. Fœra: crudelis & est similitudo a tempestate futura uautis. Instat: cito nentura.

DANIEL. Scyphus: genus nauigii quo hercules in hispaniam nauigauit a cuius similitudiue. teste theodoseo. Vas potorium scyphus dicitur tributum herculi quẽadmodũ cantarus libero patri. & carthesiũ Ioui. Pectora: In carmine decimo metro pindarico anapestico dimetro sic. pectora. longis hebeta. tamalis: exultat thyestes gaudio Sardonico ob regnũ restitutum sibi. & seipsum alloquit̃. Hebetata: obturata contusa. est enim hebes sine acumine: unde hebeo & hebeto atq; hebetesco quod proprie de oculis dicitur. Magis unde cadas. Sensus est plurimum refert unde q̃ quo cadas. eo enim grauior est dolor q̃to altior est lapsus. & probatur. magnum ex alto &c. Stabilẽ in plano: aptus in imis est locus. Amomo: unguento ex amomo quod dicunt metopion. est arbor in æthiopia stillans lachrymam ueluti resinam quæ item in astica iuxta templum Ammonis iouis colligitur inde ammonium odoratissima species de qua multa apud Plyniũ & theophrastum lectitalis.

BER. Quos tibi:reprehēdit seipsum dicēs ꝙ nō opus est timere:uel si timendū est:frustra fieri cū iā sit in potestate fratris. Magna uoluptas:nescit an ille lachyme ꝓcedāt ex timore uel ex uoluptate ingēti quæ qn̄qꝫ facit lachrymas.

Estū.Ingredit̃ atreus locū in quo erat thyestes exhortaturqꝫ eū ad letādū & bibēdū:dicēs ꝙ nūc sibi uidetur uere habere regnū:ille autē respōdet ꝙ satis sat̃ est & letus dū uideat filios suos:atreus ait uidebis ꝗprimū porrigitqꝫ illi sanguinē ad bibēdū: & cū thyestes leuaret paterā manu uisū est sibi ferre ingēs onus:postea atreus iussit portare capita filiorꝝ illiqꝫ dixit hic sūt filii quos maxie desiderabas uide & satiare aspectu. Pari:cōcordi. Saties:satietas satis bibi & cōedi. Fœlici.s.mihi. Cūulus:augumētatio. Hic: eē ingēiū poete dicit unū:itelligit aliud:noli habere ullā curā: sūt i loco tuo & i cōplexu tuo uult dicere ꝙ habet eos i uētre: q̄re cōedit ipsos. Ora:sed postea quare uis uidere ora & faciē eorū:ostendā tibi. Turba:quare oēs dederat epulādos. Nunc:in hoc mentit̃:q̄re nō erāt incōuiuio cum filiis suis. Meis.s.natis colūt sunt in una mēsa. Acietur:euocabuntur:sed interim accipe hoc populū simulqꝫ bibamus. Gentile:qđ fuit gētis nostre. Paternis:sed prius uolo libare diis nostris:q̄do infundere diis libatio dicebat̃:bibā postea:sed dū haberet i manu paterā pōderabat nimis:nec illā sustinere poterat. & admotus bacchus uinū dū appropiquo labris meis nō uult itrare os meum. Decepto:quare cū uult bibere extra fundit̃. Rictus os:sed ꝓprie de bestiis dicit̃ os acutum. Trepido solo:tremit terra & mensa. Ignis:quare erāt accēse faces. Cōuexa:quod est curuatū supius ut cælū. Coit:dēsatur & obscurat̃. Pareat:nō fit in malū fratris mei:nec filiorum meorū:de me autem nihil rogo. Vnde sentiebat murmur:unde hoc audio filios meos & nō uideo. Ecquid: nunquid isti sunt filii tui. Agnosco:Thyestes dicit non cognosco filios sed fratrem crudelissimum:exclamatqꝫ ad tellurē ut seipsum aperiat.absorbeatqꝫ ad inferos tanta scelera.

DANIEL. Festū diem:Carminis undecimi funebre initiū trimetro iābico iscripti ubi Thyestes epulās uocat filios: contra Atreus ꝓpinās illorꝝ sanguinē uino cōmixtū declarat nō lōge abesse capita q̄ cerneret cū reliquū iā iniecisset in uentrē hinc odia hic recrudescunt graues iræ. hinc aspi & crudi clamores.hic nefanda cōuicia & sāguinariæ detestatiōes itumescūt iter gemios fr̃es hōicidas.adultos.crapulōes. gurgites. filiorū ꝓfūdissimos.oēmqꝫ falsā dilectionē i pessimā discordiā trahit districta castrophe. Saties:satietas quintæ inflexionis uel potius p syncopen satias tertiæ:ut placet q̄busdā. Salu.Frumēti ex inopia graui satias facta. Terē. Nā ubi me forte satias cæpit.& a satis detorquet̃ aduerbio. Ora:capita ut sit a parte denoiatio totius .ꝓprie tñ os est cōcauitas capitis in qua & lingua & dētes sunt. Sustines tātū nefas: cōsternatus thyestes nouitate sceleris collabit̃ iunctis manibus uociferabūdus atqꝫ in ipsam tellurē apostrophā uertēs se suāqꝫ familiā & stirpē detestat̃ cuius miseriæ grauitatē elegātissime in electra ꝓsequit̃ Sophocles tum in persona ipsius electræ tū i ipso choro. φεῦ φεῦ. τὸ. πᾶν δὴ δεσπόραισι τοῖσ πάλαι πρόρροζον ὡσ ἔοικεν ἔφθαρται γενοσ &c.& circa finem ipsius tragœdiæ deplorat chorus calamitatē domus atrei & eius stirpis. ὦ σπέρμα ἄτρεωσ ὡσ πολλὰ παθὸν διε͂λευθεριασ μόλισ ἐξῆλθεσ τῇ νῦν ὁρμῇ τελεωθεν.

Cū sine uento tranquillia tument.
Quos tibi uultus:quos ne tumultus:
Fingis demens.crudela præsta
Pectora fratri:iā quicquid id est:
Vel sine causa:uel sero times.
Nolo infœlix sed uagus intra
Terror aberrat:subitos fundunt
Oculi fletus:nec causa subest
Dolor an metus ē:an habet lachrymas
Magna uoluptas.

Atreus & thyestes. Atreus loquitur.

Estū diem germane cōsensu pari
Celebrem⁹ hic ē q sceptra firmet
Solidāqꝫ pacis alliget certe fidem (mea
Thy.saties dapis me nec min⁹ bacchi
Auger̃ cūulus hic uoluptatē pōt. (tenet
Si cū meis fœlici gaudere datur.
Atre.hic eē gnatos crede:i āplexu patris
Hic sunt eruntqꝫ:nulla pars prolis tuæ
Tibi subtrahet̃:ora que exoptas dabo
Totūqꝫ turba iam sua i plebo patrem:
Satiaberis:ne metue:nunc mixti meis:
Iocūda mensæ sacra iuuenilis colunt:
Sed acientur poculum infuso cape
Gētile baccho.thy.capio fraternæ dapis
Domū:paternis uina libenter deis
Tūc hauriāt̃:sed qd hoc:nō uult māus
Parce:crescit pōdus:& dexteram grauat
Admotus ipsis bacchus a labris fugit:
Circaqꝫ rictus ore decepto effluit:
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo:
Vix lucet ignis ipse:quin æther grauis
Inter diem noctēqꝫ desertus stupet:
Qnid hoc magis magisqꝫ cōcussi labēt:
Cōuexa cæli:spissior densis coit
Caligo tenebris:noxqꝫ se i nocte abdidit
Fugit omne sidus:q̄cquid ē fratri præcor
Gnatisqꝫ parcat:ois in uile hoc caput
Abea procella:redde iam gnatos mihi
Atre.r̃ddā & tibi illos null⁹ eripiet dies
Thy.qs hic tūult⁹ uixera exagitat mea
Quid tremit intus:sētio ipatiēs onus
Meūqꝫ cū gemitu nō meo pect⁹ gemit
Adeste gnati:genitor ifœlix uocat:
Adeste uisis fugiet hic uobis dolor
Vn̄ obloquunt̃. atre. expedi āplex⁹ pr̃
Venere:gnatos ecquid agnoscis tuos?
Thy.agnosco fratrē sustiēs tantū nefas

Gestare tellus:non ad infernam styga
Te nosq; mergis:rupta & ingenti uia:
Ad chaos inane regna cum rege arripis
Non tota ab imo tecta conuellens solo
Vertis mycenas:stare circa tantalum:
Auosque nostros:siquis intra tartara est
Vterq; iam debuimus:hinc compagib9
Et hinc reuulsis:nūc tuam immani sinu
Dimitte uallem.nosque defossos tege
Acheronte toto:noxie supra caput
Animæ uagentur nostrū: & ardēti freto
Phlegeton arenas igneus totas agens:
Exitia supra nostra uiolentus fluat.
Immota tellus pondus ignauum iaces:
Atre. Recipe hosce citi9:liberis tādē tuis
Diu expetitis nulla p fratrem est mora
Fruere:osculare:diuide āplexus tribus:
thy. hoc fœdus:hæc ē grā:hæc ē frīs fides:
Sic odia ponis:nō peto incolumes patri
Natos ut habeam.scelere qđ saluo dari
Odioq; possit:frater hoc fratrem rogo:
Sepelire liceat:redde qđ cernas statim
Vri:te genitor nil habiturus rogo
Sed pditurus. Atre. Quicqd e natis tuis
Supest hēbis:quodq; nō supest:habes
thy. Vtrū ne sœuis pabulū alitib9 iacēt
An belluis seruātur an pascunt feras:
Atre. epulatus es ipse ipia natos dape.
The. Hoc ē deos qđ puduit.hoc egit diē
Aduersū in ort9.quas uoces miser dabo
Q uestusq; quos:q̄ uerba sufficiēt mihi:
Abscisa cerno capita & auulsas manus
Et rupta fractis cruribus uestigia
Hoc ē qđ auidus capere nō potuit pater.
Voluūt intus uiscera:& clausum nefas
Sine exitu luctatur:& querit uiam:
Da frater ensem:sanguinis multū mei
Habet ille:ferro liberis demus uiam.
Negatur ensis:pectora illiso sonent
Concussa planctu:sustine infœlix manū
Parcamus umbris:tale quis uidit nefas:
Quis inhospitalis caucasi rupem asperā
Heniochus habitās:qsue cecropiis met9
Terris ꝓcrustes.genitor an natos pmo:
Premorq; natis:sceleris ē aliquis modus
Atre. sceleri mod9 debet:nisi facias scel9
Nō ubi rponas:hoc quoq; ē exiguū mihi
Ex uulnere ipso calidū sanguinem in tua

Timidus:nõ pro se timebat:sed p puella ne caderet. Dea clara:luna. Obscuri mũdi: noctis opace. Arsit : ĩflãmata est amore endymiõis cũ super lamio mõte obdormisset ut Oui.li.iii.de arte Lamius endymion nõ est tibi lũa pudori Pli.li.ii.Hoc totũ figmentũ enodauit. Deserta : deserebat currus suos & ueniebat in terras ad amatorem. Ille.s. frater sol. Breuiore gyro:quare luna breuiorem circulum habet. Suum tempus:quando phœbus erat in curru lunæ non poterant eius boues ire uelociter quare ipse erat grauior sorore:ideo dicit noctes lõgiores quæ erãt ultra tẽpus suum. Remeauit:reuersus est. Tremunt:scilicet onere ipsius phœbi. Natus alcmena:hercules uictor in toto mondo captus amore ioles coactus est depositis armis suis induere uestes muliebres offici a mulierum exercere.

DANIEL. Nulla pax:rotatur amor ut fortuna apte nauta ad amicum: Omnia uertuntur certe uertuntur amores.

Vinceris aut uincis hæc in amore rota est: Magni sæpe duces magni cecidere tyrãni. Et thebæ steterãt altaq; troia fuit.&c. Cãdidas ales:signũ se fecit iuppiter & rostro inserto ori matris ideæ coiuit.cignus qui aliter dicitur olor est cantator sui funeris moritur crescente penna durior in medio eius capite.cignus est lætti ominis nauigantibus q nunq mergitur.cicero in questionibus thusculãis tradit cignum nõ sine causa apollini dicatũ esse.quia ab eo diuinationẽ habere uideatur qui preuidẽs quid ĩ morte boni sit cũ cantu & uoluptate moritur. Petulans iuuẽcas.iuppiter sub forma tauri europã tulit humeris in cretam.ubi illam cõpressit:homerus tangit io n attaco.ουχ ουτω νώτοισιν εβάσασε φορτον ἔροτοσ ταῦροσ ὅτ εὐρώπην &. ἀ κύματοσ ἤγε πὶ κρήτην &c. Natus alcmena:hercules permutauit cum ioles habitu leonis tegmen & arma:quod probe intellexit faunus incubus ad acto in uentrem calce reiectuis procul ab ipso hercule dum illum uellet pro iole subagitare.

Et minax uasti spolium leonis.
Passus aptari digitis smaragdos:
Et dari legem rudibus capillis
Crura distincto religauit auro:
Luteo plantas cohibente socco.
Et manu clauam modo qua gerebat:
Fila deduxit properante fuso
Vidit præses: ditisq; ferax
Lydia regni: deiecta feri
Terga leonis: humerisq; quibus
Sederat alti regia cœli.
Tenuem tyrio stamine pallam
Sacer est ignis credite lesis:
Nimiumq; potens qua terra mari
Cingitur alto: quaq; & æthere
Candida mundo sidera currunt.
Hic regna tenet puer immitis:
Spicula cuius sentit in imis:
Ceruleus undis grex nereidum:
Flammasq; nequit releuare mari:
Ignes sentit genus aligerum:
Venere instincti quam magni gerunt
Grege pro toto bella iuuenci:
Si coniugio timuere suo.
Poscunt timidi prælia serui.
Et mugitus dant concepti
Signa furoris: tunc uirgatas
India tigres decolor horret.
Tunc uulnificos acuit dentes
Aper & toto est spumeus ore.
Pœni quatiunt colla leonis:
Cum mouit amor: tunc silua gemit
Murmure seuo: amat insani
Bellua ponti: luciq; boues.
Vindicat omnes natura sibi:
Nihil immune est. odiumq; perit
Cum iussit amor: ueteres cedunt
Ignibus iræ: quid plura canam:
Vincit sæuas cura nouercas.

Act9. ii. Phe. nutrix hyppoli. Phe. loquit̃

a Ltrix ꝓfare qd feras? quonā i loco ē̃
nu. spes nulla tãtũ posse leniri malũ
Finisq; flammis nullus insanis erit
Torretur æstu tacito: & inclusus quoq;
Quãuis tegatur proditur uultu furor.
Erumpit oculis ignis: & lapsæ genæ

BER. Spoliũ leõis: pellem quã gestabat leonis cleonei. Minax: quare illud gestamen faciebat aspicientibus horrorem. Smaragdos: species gemmæ uiridis: posuit sibi ãnullos sicut mulier. Dari legem: aptari & concinari. Rudibus: incultis. Distincto: posuit sibi calceos depictos auro. Soco: calceo quo utebantur tragici sicut coturno comedi. Luteo: rubro. Et clauam: cũ ea manu quæ solebat gestar̃ clauam filauit. Vidit: mutatur hic uersus & ẽ dimeter anapesticus constat ex quattuor anapestis. aliquãdo admittit dactylum & spondeũ itaq; nullus sit anapestus & tamẽ dicit̃ uersus anapesticus. Preses: omnes regiões uicinæ lydiæ uiderunt herculem tali habitu. Preses: populus. Licia: prouincia in minori asia teste pli. li. v. Ditis: diuitis quare copiosa est. Sederat: dictus est hercules loco athalantis humeris suis sustinuisse cœlum ut scripsimus in pria. Pallam: uestẽ longã muliebrem: & subtilẽ ad delitias. Tyrio: purpureo stamie textam. Sacer est ignis: sacer uel timidus uel execrabili est ignis amoris. Credite: lesis parẽthesis ẽ captis amor̃ & uulneratis. Qua terra: ubiq; domiat̃ hic puer i cœlo mari & terra. Immitis: crudelis cupido. Cãdida: splendida. Mõdo. ipso cœlo. Grex: nereidũ multitudo niphaꝝ maris quæ dicunt̃ filiæ nerei dei marini nõ possũt refrigerar̃ calorẽ amoris licet sint i aqs. Leuare: extiguere. Genus aligerũ: ẽt aues cœli sentiũt ignes & amorẽ. Venere: libidine iflamati tauri: & aialia terrestria ꝑ amore pugnãt. Si cõiugio timuere: si dubitant ne aliud aial possideat suã cõsortẽ. Timidi: ẽt cerui q sũt natura timidi. Poscũt: ieunt prælia. Tũc. s. icitãte amore. Virgatas: uariatas colore. Pœni: libici. Bellua: mõstra maris. Luciq; boues: a lucus luci: boues siluestres q dicunt̃ bisũtes. Vidicat: amor q a natura ẽ subiicit sibi oẽs. Immũe: nihil ẽ q̧ nõ sit subiectũ amori. Perit: ꝑdit̃ odiũ ꝑꝑ amorẽ. Cedũt uicũtur: iterdũ ceder̃ ẽ dare locũ: q hũerũt iter se graues inimicitias postea mutuo se amãt. Cura: amor cogit etiã nouercam amore priuignos.

Ltrix profare: nutrix hortata fuerat superius alũnã suã ne se occideret: sed prius tẽtaret̃ aius hyppoliti: dixeratq; se susceptură hoc onus & iuerat ut cõuenirct hyppolitũ & nõ iuenit: phœdra erat ipatiẽs ut cõfestim sciret mẽtẽ hyppoliti nutrix uẽiẽs itra se dicit nõ hẽre remediũ amoris quãdo illa qescere nõ põt: dũq; appropiquat uidet ianuã apertã & phœdrã deponẽtẽ uestes regales & iduẽtẽ aptas uẽationi ut possit seq hyppolitũ: ũde i pricipio istius . ii. actus hẽtur ipatiẽtia phœdræ & mutatio uestiũ. Altrix: hæc uerba dicũtur a phœdra ex fantasia tanq̃ esset præsens nutrix tñ nõ erat. In loco: est. s. hyppolitus. Spes nulla: nutrix secũ loquit̃ ueniẽdo dicẽs nõ credo posse placare tãtũ amorẽ phœdræ: qa nõ iuẽi hyppolitũ. Torret̃: phœdra uritur. Prodit̃: mãifestat̃ uultu: licet dissimulet̃ amor nunq̃ põt celari. Erũpit. exit. Genæ iapsæ oculi cadentes gena pellicula ẽ q tegit̃ oculus aliquãdo maxilla.

DANI. Hic regna tenet: παντοκράτωρ ὁ θεὸς ἔρως παντάνικεῖ. hic illud oia uicit amor nihil aiatũ est qđ nõ pruriat amoris & ueneris scabiæ iõ uẽus teste Cic. dicta qđ ad oia uẽiat. Vir. i geor. Oẽ adeo gẽus i terris hominũq; feraꝝq;: Et gẽus æquoreũ: pecudes pictæq; uolucres i furias ignẽq; ruũt. Altrix: qrtũ: carmẽ trietro ãbico iscriptũ & ẽ acto tertio i quo falsi crimis i hyppolitũ obiectio fit sed prius phædra illũ ꝓuocat mox nutrix suađt ut falso nolẽtẽ accuset colocũt̃ phædra hippolito nutrix. Torret̃: carpit̃ phædra nec remediũ amori ullũ iu ẽit: nec loco stare põt: adeo amoris torrida febri uexat̃. sic plautius amator in Cistellaria lactor crucior agitor stimulor uersor i amoris rota miser.

BER. Dubiæ.s.phœdræ qui dubio est. Nil idem nulla res eadē sibi diu placet:quia nūc placet nunc eadē displicet. Artusq;:modo uult ire modo sedere. Nūc ut: declarat uarietatē: iterdū cadit quasi mortua:interdum uadit in lectū ut dormiat postea surgit. Vt:tanq̄ soluto infirmo passu tanq̄ nō possit ire. Labāte:uacilāte. Immemor:ꝓpter amorē. Attolli:interdū uocat famulas:ut leuent ipsam de lecto & cū surrexit iterū uult redire. Fingi:cōponi semꝑ in quo habitu sit diu nō pōt habere firmū propositū. Cereris cibi:nō uidet curare:neq; de cibo neq; de uita. Incerto pede:quādo uadit uidet non posse se sustētare. Incerto:instabili. Defecta:destituta uiribus:a deficio nō est amplius hic color uiuus in uultu. Cura:amor. Populatur:cōsumit.sic Virg. Est molls flamma medula efficit macilēta ꝓpter amorē: Decor:pulchritudo.

Lucem recusant:nil idem dubię placet:
Artusq; uarie iactat incertus dolor.
Nunc ut soluto labitur moriens gradu:
Et uix ut labante sustinet collo caput.
Nūc se quieti reddit:& sōni immemor:
Noctem querellis ducit:attolli iubet
Iterumq; poni corpus:& solui comas:
Rursusq; fingi:semper impatiens sui
Mutatur habitus:nulla iam cedis subit:
Cura:aut salutis:uadit incerto pede:
Iam uiribus defecta.non idem uigor:
Non ora tingens nitida purpureus rubor:
Populat artus cura:iam gressus tremūt.
Tenerq; nitidi corporis cecidit decor.
Et qui tenebant signa phœbeæ facis
Oculi:nihil gentile nec patrium micant.
Lachrimæ cadūt per ora:& assiduo genæ
Rore rigantur:qualiter Tauri iugis
Tepido madescunt imbre profusæ niues:
Sed en patescunt regiæ fastigia domus.
Recliuis ipsa sedis auratæ thoro.
Solitos amictus mente non sana abnuit
Phe. Remouete famulæ purpura:atq; auro:illitas
Uestes:ꝓcul sit muricis tyrii rubor
Quæ fila ramis ultimi seres legunt.
Breuis expeditos zona constringat sinus.
Ceruix monilli uacua:nec niueus lapis
Deducat aures:indici donum maris.
Odore crinis sparsus assyrio uacet.
Sic temere iactæ colla perfundant comæ:
Humerosq; summos cursibus motæ citis
Uentos sequātur:leua se pharetræ dabit.
Hastile dextra uibret thessalicū manus.
Talis seueri mater hippolyti fuit:
Qualis relictis frigidi ponti plagis.
Egit cateruas atticum pulsans solum:
Tanais aut meotis:& nodo comas
Coegit emisitq;:lunata latus
Protecta pelta.talis in siluas ferar.
Nu. Sepōe q̄stus:nō leuat miseros dolor:
Regina:sæuis modus ecquis est flāmis:
Agreste placa numen uirginis deæ.

Virg.

Tener:teneræ puellæ:uel q̄ facile possit cōsumi. Et qui: oculi phœdræ qui antea uidebant duæ stellæ:& facile eam demōstrabāt esse de genero solis:nūc hebetati lachrymis pleni sunt. Gentile:de gēte sua. Patriū: patris quare minos pater eius fuit etiā pulcherrimus. Qualiter:adaptat cōparationē. Tauri:mōtis:de quo superius. Profusæ:liquefactæ. Sed en: ecce qđ nō erat præsens nutrix. Sed rediens:uidet ianuā apertā:& cōspicit reginā deponētē uestes.

Fastigia:sublimia regiæ domus per endiadim quando de duobus substātiuis alterū fit adiectiuū:ut pateris libanus & auro. Recliuis:retro a clinata thoro sedis auratæ. Solitos: uestes quas solita erat gestare. Remouete: iubet phœdra portari sibi uestē tenuiorē ut possit sequi hippolytū in uenationē. Illitas:depictas & intextas. Muricis:tyrii purpuræ: murex piscis ex cuius sanguine tingebat purpura apud tyrum. Seres legūt:colligunt extremi sunt populi ad orientem:teste Pli.lib.vi.hi sunt in asia scithyca mites & quietissimi inter se:reliquorū mortalium cetus fugiētes & cōmercia apud hos arbores nō solū folia sed lanā etiā ꝓferunt quæ ab eis denoīata sericū appellat. Virg. primo geor. Velleraq; ut foliis depectunt tenuis seres. Zona breuis:ut sit magis expedita ad cursum. Sinus:uestes. Odore unguēto:sicut aqua ex nardo & rosis:solebāt antiqui unguentari ad delicias. Temere:sine ordine. Motæ.s.comæ. Citis: uelocibus. Sequātur:uadāt secūdū uentum. Leua: sinistra mea manus. Vibret:cōcutiat. Talis:ero qualis hippolytæ uel antiopæ mater hippolyti seueri & duri:qn̄ relictis plagis.i. regionibus frigidi pōti septētrionalis regionis. Pontus: regio uersus capadociā ubi regnauit mitridates. Egit cateruas:ducit turmas amazonū. Pulsās:uerberās ungula equorum. Atticū solū:terrā atheniēsium. Tanais:fluuius est septētrionis in scythia qui in paludē meotidē defluit quē niualem dicit Virg.iiii.geor. Coegit:cōstrinxit.s.tanais & meotis quæ ibi pro muliere ponit. Emisit.intellige q̄ capilli sint nodati in capite:& a parte post diffusi aliter esset cōtradictio. Protecta.s.tanais coopta latus. Pelta:lunata:scuto amazonū in forma lunæ. Sepone questus:uiderat nutrix phœdrā lamentātē:unde dicit q̄ miseris nō prodest lamētari: sed potius est eundū ad præces dianæ quæ reddat hippolytū amatorē & secū ipsa nutrix facit præces: uidēsq; hippolytū ad arā dianæ parantē sacrificiū accedit ad illum ut exhortaret ad amorē. Modus:finis. Agreste: q̄ uersat in agris q̄ uenatrix. Virginis:dianæ:q̄ dicit nupta.

DANIEL. Lachrymæ cadūt: languescit missa ex amore & in lachrymas soluit ut solet nix a mōte tauro deliq̄ri: nec illi amplius curæ est tiria pala nō unguēto delibutus crinis. nō in auris. atticarū mos est & cypriarū mulierū gēmas auribus infigere crotala & elēcos. sicut Marti. in phillida: Gēma uel a digito uel cadit aure lapis: & Iuuenalis. in credo: Auribus extensis magnos commisit elencos. Pelta:scuti genus instar lunæ quo amazones in pugna se tegebant peltatam scytico discinxit amazona nodo Martialis.

BER. Regina:sunt præces nutricis ad Dianã ut conuertat Hippolytũ ad amorẽ phœdræ. Solis: solitariis & desertis. Ominũ:auguriorũ quæ fiunt ore:illa quæ uidenẽ minari phœdræ in malum:conuerte in bonum.

Hecate:triformis ponitur pro Diana:siue luna seu proserpina:nam hecaton apud græcos centũ significat quẽ numerum finitũ pro infinito ei antiqui ob mirabilem potentiã tribuebant:quod uidetur uoluisse Virg. Voce uo cans hecatem cæloq; crebroq; potentẽ.ubi dicit Seruius hecate proserpina dicta est: aut quod centũ uictimis placeẽ:ut Menelaus cõstituit:aut qđ isepultos faciat errare p cẽtũ annos. Alterna face:qa tpe diei lucet sol noctе luna. Mundus:cœlum. Cœptis:dicũtur cœpta quæ nõ su mus aggressi adhuc: sed in ipsa cogitatione sunt. Rigẽtẽ: durũ. Vultus lucidi:habeas semper claritatẽ:& nunq̃ eclipseris. Thessali cantus: incantatores de thesalia qui dicebantur carminibus suis lunã deducere in terram quod tetigit Virgilius: Carmina quæ possunt cœlo deducere lunã.

Nullus pastor: queadmodũ endimiũ de quo diximus. Ipsum intueor:dũ dicit hæc uerba: Videt hippolytum parantem sacrum. Nullo.s. homine socio:quare solus erat: unde illi potero dicere quicquid uoluero. Quid dubitas:loquitur nutrix ad seipsam fortuna dedit tibi locũ & tẽpus aptũ ad loquẽdum unde non opus est ut dubites aperire illi consilium tuũ. Artibus:astutiis & dolis. Trepidamus:dubito tamẽ quia nõ est facile tales præces audire. Haud:nõ.

Audire:obedire:nõ est facile obedire nouercæ quæ mihi hoc cõmisit:uel ipsi hippolyto. Verũ: sed tamen oportet obedire:si uolo amorẽ reginæ & obliuisci iustitiæ: nam qui uult seruire regibus nõ quærat iusta aut bona. Omne decus:omnẽ honorẽ:quia oportet etiã esse minilirũ turpitudinis. Quid huc: hippolytus uidens nutricem uenientẽ interrogat quid ueniat tam tristi uultu:petitq; an pater & mater & filii incolumes sint. Iugum gemine stirpis:par duorum filiorũ:idest duo filii thesei & phœdræ. Metus: soluit hippolytum subito metu dicens omnia bene esse:sed tristis sum quia uideo te capere nullam uoluptatẽ semperq; uersari labore.

DANIEL. Regina nemorũ: iplorat hecaten quæ psens amãtibus pter uenena põt durũ animũ hippolyti in amorem soluere.hinc in pharma ceutria theocritus iducit amãtẽ ad lunã cõfugere & rogare sibi sit comes & ppicia ad trahendũ daphnidẽ in suos complexus. χαῖρε ἑκάτα δασπλῆτι. καὶ ἐς τέλοσ ἄμμιν ὀπήδει φάρμακα ταῦ ταέρδοισα χερείονα μήτε τι κίρκησ μήτε τι μηδείασ μήτε ξανθᾶσ περιμήδασ. Triformis:in cœlo lucet:in syluis ferit:torquet in inferno: Menelaus instituit hecaten placcari centũ uictimis ideo dicta hecate. uetus ara ecates & ditis patris in loco qui dicẽ terentus romæ celebraẽ. Mutuos ignes: amet uicissim amãtẽ. In necte mẽtem:aut absolute loquiẽ constringe mentẽ uinculo amoris: aut tres illos nodos amatorios itelligit de tribus liciis:ut meminit Virgilius i bucolicis:Necte tribus nodis ternos amaryli colores. Detrahere:deducere cælo.thessali præsentanei sunt cãtatores & magi inde in appellationẽ cõmunẽ cuiuslibet uenefici cadit:utũtur autẽ rhombo figura quadrata: ut meminit Martialis quæ nũc thessalico lunã deducere rhombo:& Theocritus: χὠσ δινεῖθ᾽ ὅδε ῥόμβοσ ὁ χάλκεοσ ἐξ ἀφροδίτασ. ὣσ κεῖνοσ δινοῖτο. Quid huc seniles:sermo prætextatus & totus uenustatis plenus pii & simplicis adolescentis aduersus & nutricem & grandeuam. Geminæ stirpis:intelligit Demophoontem & antigonum quos ut refert Plutarchus. Theseo pepit. Metus remitte:artificiose in causa turpi ab insinuatione orditur & proponit facti causam a fatorum necessitate arguens ἤν μέν θεμισ οὔποτ᾽ ἀλύξαι θανάτοισ. ταύτη γὰρ πέρατ᾽ ἐτέτ μαται ἕρκοσ.ut inquit Apollonius rhodius: postea per inductionem hortatur hippolytum nutrix ea ut imitetur quæ fert adolescentia.nec spernat partem solido demere de die sed recordetur florem ætatis breui deficere & extremum idest mortem semper adesse sublata a ceruicibus claua ut statim sternat & rapiat in perpetuas tenebras:est autẽ tota hæc oratio ad persuasionem amoris accommodata.

Virg.

Apollinius

Regina nemorũ sola quæ montes colis:
Et una solis montibus coleris dea:
Cõuerte tristes ominũ in melius minas.
O magna siluas inter & lucos dea:
Clarũq; cœli sidus:& noctis decus:
Cuius relucet mundus alterna face
Hecate triformis. en ades ceptis fauens.
Animũ rigentẽ tristis hippolyti doma.
Amare discat:mutuos ignes ferat.
Det faciles aures. mitiga pectus ferum.
Innecte mentẽ. toruus aduersus ferox:
In iura ueneris redeat. huc uires tuas
Intende:sic te lucidi uultus ferant:
Et nube rupta cornibus puris eas.
Sic te regentẽ frena nocturni ætheris
Detrahere nunq̃ thessali cantus queant.
Nullusq; de te pastor gloriam ferat
Ades inuocata:iam fauet uotis dea.
Ipsum intueor solẽne uenerantẽ sacrum.
Nullo latus cõmitãte:qđ dubitas:dedit
Tempus locũq; casus:utendũ artibus.
Trepidamꝰ:haud est facile mãdatũ scelus:
Audire uerum iusta qui reges timet
Deponat:omne pellat ex animo decus
Malus est minister regii imperii pudor.
Hipp. qd huc seniles fessa moliris gressus:
O fida nutrix turbidam frontem gerens:
Et mœsta uultus:sospes est certe parens:
Sospesq; phœdra:stirpis & gemĩę iugum.
Nu. Metꝰ remitte psp̃o i statu regnũ est:
Domusq; florens sorte fœlici uiget.
Sed tu beatis mitior rebus ueni:
Nãq; anxiam me cura solicitat tui:
Quod teipẽ pœnis grauibꝰ infestꝰ grauas.

Q uem fata cogunt hic quid uiuat miser.
At siquis ultro se malis offert uolens
Seq; ipse torquet. pdere est dignus bona:
Q ui nescit uti: potius annorū memor:
Mentem relaxa: motibus festis facem
Attolle: curas: bacchus exoneret graues
Aetate fruere: mobili cursu fugit.
Nūc facile pect9: grata nūc iuueni uenus:
Exultet animus: cur thoro uiduo iaces:
Tristem iuuentā solue: nūc luxus rape.
Effunde habenas: optimos uitæ dies
Effluere prohibe: propria describit deus
Officia: & æuum per suos ducit gradus.
Letitia iuuenem: frons decet tristis senem
Q uid te choerces: & necas rectā indolē:
Seges illa magnū fenus agricolæ dabit
Q uæcunq; lætis tenera luxuriat satis:
Arborq; celso uertice euincit nemus
Q uā nō maligna cedit aut resecat manus
Ingenia melius recta in laudes se ferunt:
Si nobilem animū uegeta libertas alit.
Truculentus & siluester & uitæ inscius
Tristem iuuentā uenere deserta colis.
Hoc esse munus credis indictum uiris
Vt dura tolerēt: cursibus doment equos:
Et sæua bella marte sanguineo gerant.
Prouidit ille maximus mundi parens:
Cum tam rapaces cerneret fati minas:
Vt damna semper sobole repararet noua
Excedat agedum rebus humanis uenus:
Q uæ supplet ac restituit humanū genus:
Orbis iacebit squalido turpis situ.
Vacuum sine ullis classibus stabit mare.
Alesq; cælo deerit & siluis fera.
Solis & aer peruius uentis erit.
Q uā uaria leti genera: mortalem trahūt
Carpūtq; turbā: pōtus: & ferrum: & doli:
Sed fata credas deesse: sic atram styga
Iam petimus ultro: cælibem uitā probet
Sterilis iuuētus: hoc erit quicquid uides
Vnius æui turba & in semet ruet.
Proinde uitæ sequere nostram ducem:
Vrbem frequenta: ciuium cœtus cole:
Hip. Nō alia magis ē libera & uicio carēs
Ritusq; melius uita quæ priscos colat:

BER. Infestus: molestus tibiipsi. Q uem: illi uiuent in miseria quia habent fortunam aduersam. Cogunt: scilicet ad miseriam. Volens: sponte & non coactus: idest dignus perdere omnia bona quæ habet quibus nescit uti. Annorum memor: ætatis adolescentiæ cui conueniunt uoluptates. Mentem: scilicet occupatam tanto labore. Motibus festis: potius debes cum letitia celebrare festa quæ mixtis mulieribus & facibus fiebant in conuiuiis & orgiis. Bacchus: uinum: ut Horatius: Vino soluuntur curæ. Q uis post uina grauem pauperiem crepet. Fruere: imperatiuus est.

Mobili cursu: quare flosculus ætatis cito currit: ut Virgilius: Obrepit non intellecta senectus. Ouidius: Eallitq; uolatilis ætas. Nūc: dum es iuuenis. Facile pectus: animus pronus ad uoluptates. Exultet: ista ætate debes solis rebus uoluptariis incumbere. Viduo: sine uxore. Tristē: seueram. Luxus: delicias. Effunde habenas: tractū ab equis currētibus: dimitte habenas ætati ut fruatur uoluptatibus.

Virg.
Ouidius

Propria officia: quia omnis ætas studium suum habet: aliud conuenit iuueni: aliud seni. Euum: ætatem. Per suos gradus: primo ifans: deinde puer: & sic per omnes partes ætatis diuisa sunt officia. Coherces: cohibes quasi in carcere & arctas iuuentutem tuam more senili. Seges: per comparationem dicit uides segetem spissam & abundantem dare maximum fœnus: idest fructum: raram autem parum.

Luxuriat: multum crescit: Lætis satis: fertilibus seminatis.

Arbor: alia comparatio celso uertice crescit arboris nō incidatur: non potest crescere multum resecata. Euincit: crescit super alias arbores: & ista dicuntur nō ad ueritatem: sed ad persuasionem ut trahat illum ad amorem: siquis non cohiberet iuuentutem suam nullam uirtutem acquireret: sed ibi contrarium dicit si dimittantur ingenia in libertate: crescunt ad laudem & honores. Vegeta: quæ habet uigorē non repressum. Vitæ inscius. qui nescis frui uita. Hoc esse: credis ne datum a natura ut homines semper laborarent maioribus rebus: quasi dicat non. Munus: officium. Indictum imperatum. Cursibus: ut continuo equitēt. Prouidit: quia uidebat genus hominum defecturum uoluit reparari generatione. Rapaces minas: cum uideret mortē omnia rapere. Excedat: probat si φ remoueatur uenus ab omnibus: cito deficient omnia animalia. Agedum: hortantis est. Situ: squalore: omnia erunt plena sentibus. Solis uentis: quare non erunt aues sed soli uenti. Lethi: mortis. Carpunt: tollunt de medio. Pontus: mare: enumerat multos modos quibus miseri mortales pereunt. Sed fata: pone φ non pereant tot casibus: tendimus tamē omnes ad finem: ut Salustius: Omnia orta occidunt: & aucta senescūt

Atram styga: nigram paludē inferni. Petimus: ultro uadimus naturaliter ad mortem. Vitam celibē: sine uxore: si omnes iuuenes quēadmodum tu: improbarent cōnubiū: non durarent nisi per unā ætatem. Insemet: per seipsam.

Proinde: infert conclusionem: ideo cum natura instituerit propagationem generis nostri: uenias ad urbem & fruere iuuentute tua. Cetus: consortia ciuium: quare natura nihil solitariū amat: ut dicit Cice. Non alia: audita exhortatione nutricis rñdet hippolytus meliorē esse uitā rusticanā φ urbanā. Magis libera: nulli ambitioni aut cupiditati seruiens.

DANIEL. Cur toro uiduo iaces: sic annua ad dido. sola ne ppetua mœrēs carpe iuuēta erat locus a facili. Excedat agedū: natura fert & appetit mutuo maris & fœmiæ initu & nexu sustineri nō tātū sed etiā augeri & grandescere. Lactātius in diuinis istitutionibus & Aristoteles in aialibus scribūt nō temere a natura istrumētū genita-

le homini fuisse ascriptum: & fœminæ matricem:deinde glandem membri genitalis ad similitudinem cordis factam quia primum generet cor in quo uitæ sedes principalis constituta est:ne frontem contrahe lector candide si hic uideor lasciuiuscule commentari:quom ea recitem sine uicio quæ & ad rem pertinent & a uiris doctissimis prodita sunt. Plutarchus in quæstionibus addit a duobus elemẽtis generatiuis masculum habere uim motus ex calore & fœminam materiam conceptus ex humido propterea consuesse tangere aquam & ignem nouam nuptam:ecce igitur quẽadmodum natura huiusmodi concomitantia sustinetur:quod si fiat disiugatio etiam rerũ omnium interitus sequatur necesse est:ita hoc consyderans uenerabilis anus illa Polyxo apud apollonium hortatur lẽniadas ad nuptias argonautarum hoc modo. εὖτἂν δή γεραραὶ πὲν ἀποφθινύθουσι γυναῖκες. κουρότεραι δ᾽ἄγονοι στυγερὸν ποτὶ γῆρας ἵκη δὲ. πῶς τῆμος γ᾽ὥστε δὲ δυσάμμοροι &c.

Plutarchus

BER. Aura populi:fauor popularis. Inuidũ bõis: quod uirtuti semper inuidet: ut exemplis maximorum uirorũ pbatur qui ex urbibus suis deturbati sunt. Fragilis: quare nihil est tã mutabile q̃ uulgus. Seruit: ut est apud Ciceronem in paradoxis:Seruitutẽ omnẽ esse miseram. Vanos: nõ durabiles. Fluxas: quæ cito labũtur aliquo casu, ut Ouidius:Irus est hodie qui mõ croesus erat. Liber:cũ genitiuo figurate solet poni cũ ablatiuo: ab his passionibus qui degit in agris. Haud: nõ illi habet̃ inuidia: qui semper petit alta & superiores. Degeneri uilli: quare generosus animus nõ dolet de bono alieno. Conscius:in malam partem accipitur:qui scit scelus suum:ut Iuuenalis:Hi sunt qui ad singula fulmina pallent. Fingit:mentitur. Quærit tegi: non oportet ut rusticus struat sibi sublimia tecta:cum sub arbore quiescat. Insolens:superbus. Sufficiat adornat. Cruor largus:non facit sacrificinm more urbano de cẽtum tauris ad fastum:sed pura mẽte. Fruge sacra: idest mola:solebant romani farina & sale:& mero facere pultem quã molam appellarunt:& sacrificaturi uergebant inter cornua uictimæ. Sumittunt:præbẽt cultro. Vacuo:libero ubi nõ impeditur. Innocuus:innocẽs qui nulli nocet. Errat: discurrit sine custodia:ut inquit Horatius:Integer uitæ scelerisq́ purus:non egetiaculis mauris:nec arcu scrophæ sagitta. Callidas:astutas. Fessus:quando est fatigatus uenationibus uenit ad aliquem fontem ubi se refrigerat. Niueo eliso:alba aqua elissi fluuii in agro thebano. Alphei: fluuius est helydis ciuitatis arcadiæ iuxta pisam decurrens q longo tandem cursu in achaia:demergitur & ibi a terra absorptus atq́ subter mare defluẽs ex græcia in fontem arethusam apud syracusam in sicilia se attollit & inde in mare siculum cadit. Vnde Virgilius libro tertio æneidorum ait. Alpheum fama est huc elidis amnem: Occultas egisse uias subter mare qui nunc ore arethusa tuo siculis cõfunditur undis. Metatur:est metari eligere locum ad habitandum : ut dicimus imperatores metari castra:metiri est mensurare & ponit̃ pro transire:nam qui transit uidetur metiri. Lerna: palus est argiuorum ubi interfecit hercules lydrã. Vado: aqua ubi non est altum profundum. Sedemq́:nunq̃ est in uno loco sed quo uult uadit. Pressisse:calcare. Amnis uagi:fluuii currentis. Cespite:terra uirenti herbis. Nudo: siue lecto & stragula. Leues:cito uenientes: Poma: quãdo famescit non opus est ut uadat in forum:sed in siluas ubi reperit poma. Cõpescunt : restringunt. Fraga:fructus coloris rubei nascentes prope terrã. Per uiis dumetis passim per oĩa dumeta:dumus dicitur spina inde dumetũ:ubi multæ spinæ : sicut lauretum ubi multæ sunt laurus. Luxus:regios:magnos apparatus. Impetus : uoluntas cum habeam tantam facilitatem uiuendi:non est mihi animus suscipere miseram cõditionem regum. Sollicito : anxio nõ quod aurum sit anxium sed ipsi reges qui bibunt auro timent uenenum. Nuda manu:sine aliquo poculo : nos qui sumus rure bibimus in fluminibus hauriendo aquam manibus.

Ouidius

Horatius

Virg.

DAN. Caue legas eliso:sed ilisso:ut Plato Ply. Strabo ptholemeus & mela memiere:et Papi.i ulti.thebaidos.

Quã quæ relictis mœnibus siluas amat.
Nõ illum auaræ mentis inflammat furor:
Qui se dicauit montium insontem iugis.
Non aura populi & inuidũ uulgus bonis.
Non pestilens inuidia non fragilis fauor.
Non ille regno seruit : ac regno imminet.
Vanosq́ honores sequit̃ : aut fluxas opes:
Spei metusq́ liber haud illum niger
Edaxq́ liuor dente degeneri petit.
Nec scelera populos atq́ inter urbes sita
Nouit:nec oẽs conscius strepitus pauet:
Aut uerba fingit mille:aut quærit tegi
Diues colũnis:nec trabes multo insolẽs
Suffigit auro:non cruor largus pias
Inundat aras:fruge nec sparsi sacra
Centena niuei colla summittunt boues.
Sed rure uacuo potitur:& aperto æthere
Innocuus errat:callidas tantũ feris
Struxisse fraudes nouit:& fessus graui
Labore niueo corpus eliso fouet.
Nunc ille ripam celeris alphei legit.
Nunc nemoris alti densa metatur loca:
Vbi lerna puro gelida perlucet uado.
Sedemq́ mutat:hic aues q̃rulæ fremũt:
Ramiq́ uentis lene percussi tremunt.
Veteresq́ fagi:iuuat amnis uagi
Pressisse ripas:cespite aut nudo leues
Duxisse somnos:siue fons largus citas
Defundit undas:siue per flores nouos
Fugiente murmurat riuo sonus.
Excussa siluis poma compescunt famẽ:
Et fraga peruiis pulsa dumetis cibos
Faciles ministrant : regios luxus procul
Est impetus fugisse : sollicito bibunt
Auro superbi:quam iuuat nuda manu

BER. Captasse:hausisse. Nõ in recessu: hippolytus adiungit aliud qđ in uili domo rustica nõ sunt tot libidines quẽadmodũ in urbe: ꝑpterea melius esse ibi ducere uitã. Furta:stupra. Improbus:incontinẽs. Obscuro cubili:uili thalamo. Multiplici domo:ubi multæ sunt mãsiones.uadũt ad domos nobiliũ ibiq; licet timeãt:abscondũt se ut ociosas matronas uiolẽt. Ethera ac lucẽ petit:qui rure uiuit oĩa in apto habet cũ sit innocẽs. Hoc equidẽ:puto talẽ fuisse uitã eorũ qui dicunt fuisse in etate aurea. Profudit:genuit mixtos uel semideos:uel quia

Captasse fontẽ:si celer somnus premit
Secura duro membra uersantur toro.
Nõ in recessu furta & obscuro improbus
Quærit cubili:seq; multiplici timens
Domo recõdit:æthera ac lucem petit:
Et teste cœlo uiuit:hoc equidem reor
Vixisse ritu:prima quos mixtos deis
Profudit ætas:nullis his auri fuit
Cæcus cupido:nullus in campo sacer
Diuisit agros arbiter populis lapis.
Nondũ secabant credulæ pontum rates.
Sua quisq; norat maria:nõ uasto aggere
Crebraq; turræ cinxerant urbes lacus.
Non arma seua miles aptabat manu.
Non torta clausas fregerat saxo graui
Balista portas:iussa nec dominũ pati
Iuncto ferebat terra seruitium boue.
Sed arua per se fœta poscentes nihil
Pauere gentes : silua natiuas opes;
Et opaca dederant antra natiuas domos.
Rupere fœdus impius lucri furor:
Et ira præceps quæq; succensas agit
Libido mentes:uenit imperii sitis
Cruentũ facinus:præda maiori minor:
Pro iure uires esse/tum primum manu
Bellare nuda:saxaq; & ramos rudes
Vertere in arma:non erat gracili leuis
Armata ferro cornus:aut longo latus
Mucrone cingens ensis:aut triste caput
Galeæ comantes:tela faciebat dolor.
Inuenit artes bellicus mauors nouas.
Et mille formas mortis:hinc terras cruor
Infecit omnes fusus:& rubuit mare.
Tum scelera dẽpto fine per cũctas domos
Iere:nullum caruit exemplo nefas:
A fratre frater:dextera nati parens
Cecidit : maritus coniugis ferro iacet:
Perimuntq; fœtus impiæ matres suos:
Taceo nouercas:mitius nil est feris.

dii secũ uiuebãt. Cæcus cupido:auaritia quæ nõ uidet rectũ. Lapis:arbiter : sacer:terminus qui erat tanq̃ iudex de finibus sacer & inuiolatus:nullus erat illa ætate cõ oĩa essẽt cõia. Credulæ rates:nõ ipsæ:sed qui se cõmittũt nauibus creduli sunt:cũ posse euitare oĩa pĩcula credũt. Secabãt:nauigabãt. Aggere:solẽt urbes cigi aggere & fossa:unde dicit lacus. Balista:pro tormẽto cõcutiente muros accipitur: ut Ouid. Quã grauæ balistæ mœnia pulsat onus : tunc ea ætate nõ erant inuenta instrumẽta ad euertẽdũ urbes. Iussa:neq; etiam inuẽtus erat modus arãdi:sed terra spõte oĩa ferebat. Fœta:plena fructibus. Poscẽtes : nihil petebant arando nec seminãdo. Opaca:antra:speluncæ umbrosæ: nõ ædificauerãt sibi domos sed habitabant antra. Rupere:cũ esset tanta securitas & quies : ecce demõstrat causam omniũ malorũ. Fœdus:pacem. Furor : immẽsa cupiditas habẽdi. Succensas:inflãmatas. Præda qui erãt diuites: uolebãt prædari minores. Vires esse:pro erãt : nã ius erat ĩ armis. Bellare:pro bellabãt nuda mnu sine armis. Rudes:nõ dolatos. Cornus leuis:fugax sagitta quæ fiebat de cornu arbore. Ferro gracili:spiculo acuto. Mucrone:dicitur ipsa hasta ensis & ferrũ:ensis autẽ est totus manubriũ & ferrũ. Galeæ comãtes: non erãt galeæ in quibus solemus ponere caudas equinas uel pennas. Dolor : qñ erat unus iratus accipiebat qcquid ueniebat ad manum. Dempto fine:sine ullo fine. Mitius est nil feris:ut plynius in prohœmio septimi non feritas leonum petit leones nec morsus serpentum petit serpentem sed ab homine homini multa sunt mala.

DANIEL. Non in recessu:Castissimus hippolytus commendans siluestrem & eremiticam uitam ut fœlicissimã ut purissimã ut cælestibus delitiis clarissimoq; angelorum comitatu ornatissime:docet quãtũ premii & donatiui præstet innocẽtia & cœlibatus homini cõtra scæculares & tartareas titillationes constãter decertanti contra uero: quot miserias:quot mala:quot dolores:secũ trahat fluxa & dolosa frequentioris cõsuetudinis uoluptas:de qua re pulchre meminit Hieronymus sanctus ad Eustochium:Stadiũ est hæc uita mortalibus hic contẽdimus:ut alibi coronemur.nemo ĩter serpentes & scorpiones securus ingreditur & tu pacem arbitraris in terra quæ generat tribulos & spinas: nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ : sed aduersus principatus & potestates huius mũdi magnis ĩimicorũ circũdamur agminibus. hostium plena sunt oĩa . curo fragilis & cinis futura post modicũ pugnat cũ pluribus . ꝑpterea Homerus prios homines a uirginitate cõmendat ĩ syluis uersantes qui primum nati sunt ex roboribus. Saxa: Lucretius. Arma antiqua manus ungues dentesq; fuere. Et mille formas mortis:post priscam illam simplicitatem inuẽtæ sunt millæ ad mortem uiæ. hinc hesiodus eleganter. ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτί. Sed dux malorũ : esca diaboli est fæmina dicit Hiero. Sustulit operculũ uasi unde propruperunt mala omnia in hominis perniciem · fœmina q̃ dirum sit animal disce ab Hesiodo & Homero.

ἀλλά σύνη χεῖρε σοί πίθου πέγα πῶ πᾶφε λοῦσα ἐσκὶ δὴ σ ἀνθρώποισι δὲ ἐπήσατο καὶ δεα λυγρὰ &c. ὦ πόποι ἦ παλα δὴ γονον ἀτρέος εὐρύοπα ζεὺσ ἐκπάγλαως ἔχθηρε γυναικείας δὲ βουλας & sophocles eminētissimus in electra αἰσχροῖσ γάρ αἰσχρὰ πραγματέκ δὲ δασκεται. & apud Euripidē idē hippolytus detestat̄ fœminā his uerbis: O iuppiter q̄ magnū malū est fœmina. o iuppiter magnū malū suscitasti ad lucem solis p̄dere per fœminā hominē quē per fœminā genuisti. ὦ γύνη κακον πέγα. ὦ ζεῦ τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποισ κακον γυναῖκας εἰσ φῶσ ἡλίου κατῴκισας. εἰ γὰρ βρότειον ἤθελεσ σπεῖρε γένοσ οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε.

BER. Fœmina: omnia mala fiūt per fœminas uide quot bella suscepta sūt & quot urbes penitus desolatæ p̄pt̄ eas. Artifex: inuentrix sceleris: Præmunt: tenent: quare illic sepulti sunt. Medea: p̄tereo oēs alias mulieres: respiciens una medeā quæ factis tot sceleribus interēptis filiis & Iasone aufugit athenas: ibiq; nupsit egeo patri thesei. Cur: īn̄det nutrix oēs fœminas nō debere dici scelestas: cū uideat paucas malas. Detestor: habeo odio oēs: ueniat quecunq; causa uelit: potius erit possibile iūgere ignes aquis: & tollere picula syrtis: & mutare orientē & occidentē de statu suo: & iūgas damas lupis: q̄ possim amare fœminas. Thetis: pro mari ponit̄: potius sol oriet̄ a mari occidētali. Hespiæ: hispaniæ: hesperus stella in occidente post occasū solis. Attollet: eleuabit nascentē diē solē lucentē. Regna materna: si uis uidere potētiā amoris qui etiā duros domuit: habe exēplū amazonū. Testaris: præstas testimoniū amoris: qa ex illis duris & uiduis mulieribus genitus es quæ etiā amauerunt. Solamen: diis gratias habeo qđ fecerūt mori matrē meā quā oportebat amare: nūc uero possum dicere me oēs habere odio. Vt dura: uidens nutrix hippolytū obstinatū: illū deserit p̄cibus & secū loquit̄ quod ille durior est saxo qđ nunq̄ mouet̄ ipetu fluctus. Vnde nō esse tētādū de stupro phædræ: & dū loqueret̄ uidet ipsam phædrā ueniētē: quæ nō poterat expectare respōsum nutricis: sed dū appropinquaret hippolyto cecidit semianimis: eāq; hippolytus leuauit: loquēte ipsa nutrice. Attollite. s. phedra: & est intelligendum q̄ ambo cucurrerunt ad leuandum eam. Dimoue. i. alloquere hippolytum qui tenet te. Alumna. s. o phedra. Tuus: quam tanto opere amas.

Qvis me: leuās sensim seipsā phedra loquitur melius esset ut nō sentirē: & ita remanerē mortua quia nullū dolorē haberē. Estus: fluctuationes amoris. Mihi. i. a me erā alienata. Cur: iterū uiso hippolyto uidebat̄ uelle cadere unde seipsam exhortat̄. Aīæ. s. mi qd uis iterū discedere a me. Aude: habeas audiētiā. Tēta: experiaris. Perage: perfice. Mādatū: quod mādaueras nutrici ut tētaret hippolytū. Magna pars: nō est erubescendum: quare amore in eo iam scelus est patefactum.

DANIEL. Medea: omnia theatra proclamant cōtra me deā: nulla est scæna quæ uacet mōstrosis Medeæ cædibus: uicit omnē duriciē tragicā imanissimū Medeæ facinus. pudica est helena: fidelis clytēnestra: misericordes bellides: lēniades piæ: & quæuis alia suspecti nois fœmina proba censenda est præ colchi de medea: quæ patrē prodidit: fratrem secuit: filios trucidauit: glaucē cōsūpsit. Creōtis regiā cōflagrauit: peliam peremit: uenena miscuit. Tethys: ultimo. t. aspirandum est sequente. y. Orpheus. καὶ τηθύοσ ἐσχατον ὕδωρ. filia cæli & uestæ Oceani uxor. Ouidius: Duxerat occeanus quōdā titanida tethym. per metonymiā ponitur pro elemento cui præsidet. Sed phedra: parasceue sequens dialogi ubi seipsam ab egressu reuocans ingemit. tādē ipsum hippolytū nitit̄ in suos amores pellicere.

Orpheus

Sed dux malorū fœmina & scelerū artifex
Obsedit animos: cuius incestæ stupris
Fumant tot urbes: bella tot gētes gerunt.
Euersa ab imo regna tot populos p̄mūt.
Sileantur aliæ: sola coniunx ægei
Medea reddit fœminarum dirum genus.
Nu. Cur oīum fit culpa paucarū scelus:
Hip. Detestor oēs: horreo: fugio: execror:
Sit ratio: sit natura: sit durus furor.
Odisse placuit: ignibus iunges aquas:
Et amica ratibus ante promittet uada
Incerta syrthis: ante ab extremo sinu
Hesperiæ tethis lucidum attollet diem.
Et ora damis blanda præbebunt lupi.
Quā uictus animū fœminæ mitē gerā:
Nu. Sepæ obstinatis induit frenos amor.
Et odia mutat: regna materna aspice:
Illæ feroces sentiunt ueneris iugum.
Testaris istud unicus genitus puer.
Hip. Solamen unum matris amissæ fero:
Odisse quidē iam fœminas omnes licet.
Nu. Vt dura cautes undiq; intractabilis
Resistit undis: & lacessentes aquas
Longe remittit: uerba sic spernit mea.
Sed phædra p̄ceps gradit̄ ipatiēs amoris.
Quo se dabit fortuna: quo uerget furor:
Repente terræ corpus exanimū cadit:
Et ora morti similis obduxit color.
Attolle uultus dimoue uocis moras.
Tuus en alūna temet hippolitus tenet.

Phædra Hippolytus Nutrix: Phædra loquitur.

Vis me dolori reddit: atq; æst9 graues
Reponit aio: bene exciderā mihi:
Cur dulce munus reditæ lucis fugis:
Aude aīę: tenta: perage mandatū tuū.
Intrepida cōstent uerba: qui timide rogat
Docet negare: magna pars sceleris mei
Olim peracta est: serus est nobis pudor.
Amauimus nefanda: si cœpta exequor

Forsan iugali crimen abscondam face.
Honesta quædam scelera successus facit.
En icipe anime: cōmodes paulum precor
Secretus aures: si quis est habeat comes
Hip. En loc⁹ ab omni liber arbitrio uacat
Phe. Sed ora cœptis transitū uerbis negāt
Vis uocem emittit & maior tenet
Vos testor oēs cælites hoc me nolle qd uolo
Hip. Aīus ne cupiēs aliquid effari nequit:
Phe. Curæ leues loquūtur: ingētes stupēt:
Hip. Cōmitte curas auribus mater meis:
Phe. Matris supbū nomē ē & nimiū potēs
Nostros humilius nomē affectus decet.
Me uel sororē hyppolite: uel famulā uoca:
Famulāq; potius: omne seruitium feram.
Non me per altas ire si iubeas niues:
Pigeat gelatis ingredi pindi iugis.
Non si per ignes ire, & infesta agmina.
Cuncter paratis ensibus pectus dare.
Mādata recipe sceptra: me famulā accipe.
Te imperia regere me decet iussa exequi.
Muliebre non est regna tutari patris.
Tu qui iuuēte flore primæuo uiges:
Ciues paterno fortis imperio rege.
Sinu receptā supplicē: ac seruam rege.
Miserere uiduæ. Hip. Sumus hoc oē deus
Auertat: aderit sospes actutum parens:
Phe. regni tenacis domin⁹ & tacite stygis
Nullam relictos fecit ad superos uiam.
Thalami remittet ille raptorem sui?
Nisi forte amori placidus & pluto sedet
Hip. Illū equidē eq cælites reducē dabūt
Sed dum tenebit uota incerto deus:
Pietate caros debita fratres colam:
Et te tuebor: esse ne uiduam putes:
Ac tibi parentis ipse supplebo locum
phe. O spes amātū credula: o fallax amor:
Satis ne dixit? precibus admotis agam:
Miserere: tacite mentis exaudi preces.
Libet loqui pigetq;:
Hip. Quidnā istud malum est?
phe. qd ī nouercā cadere uix credas malū:
Hip. Ambigua uoce uerba perplexa iacis:
Effare aperte. Phe. pectus insanā uapor
Amorq; torret: intimā sæuus uorat

BER. Face iugali: matrimonio & occurrit obiectioni quia posset dicere aliquis si amauisti non cōmisisti adhuc nefandum scelus si habebis rem cum hyppolito forte ex illo concipies & crimen tuum fiet palam. respōdet ipsa dicam ꝙ peperi ex uiro meo theseo uel cum theseus sit apud inferos potero eum hyppolitum habere in maritū. Successus: bonus euentus. Incipe: cum deliberasset loqui uocat hyppolitum secreto. Secretus: separatus ab aliis. Arbitrio: auscultatorē arbiter iudex īter duos interdum presens ad aliquid audiendum unde dicitur remotis arbitris. Sed ora uel loqui & non possum. Ceptis: in animo meo cōceptis. s. pudoris tenet uocem. Quod uolo: iuro ꝙ non facio libenter id quod dico sed uicta succumbo amori. Cure leues: uides hyppolite quando quis habet dolorem non magnum loquitur & conqueritur: sed cum habet ingentem stupescit & fit attonitus quare tūc sanguis desertus fugit ad præcordia in magno dolore. Mater hyppolitus: appellat matrem ut confidat loq Matris: dicit phædra se nolle appellari tam superbo noie matris: sed uult esse ancila & subdita. Affectus: amores.
Cūcter: tardabo. Mandata: quæ commisit mihi pater tuus. Sinu receptam: quando quis suscipit causam. Dicitur: amplexus est causam sinu suo: ut defendat aliquā: sed ibi ad alium finem dicit. Vidue: phædræ: priuato marito. Summus dicit hyppolitus auertat deus hoc ꝙ si uidua quare pater meus esset mortuus. Omen: auguriū qd fit ore. Actutum: statim. Regni: respondet phædra ꝙ qui descendunt ad inferos non solent reuerti preserim theseus non dimittetur a plutone cum illuc inerit ut raperet uxorem suam ꝓserpinam. Tacite: quia ibi sunt animæ quæ nō loquunt̄. Relictos: quando semel sunt relicti ab anima. Remittet: quasi dicat non. Amori: placidus nisi factū illius excuset amore qd dictum est hyronice. Celites: credo ꝙ dii dabunt illi reditum propter uirtutem suam: sed dum erimus incerti de aduentu ipsius tuebor & fratres & te. O spes: facit seneca hoc loqui hyppolitum ut possit ambigue intelligi: & misera phædra ad alium finem credit quam dicatur. Satis. s. quādo dixit supplebo uices patris: & hæc tacite dixit. Agam: hoc faciam. Miserere: loquitur ad hyppolitum. Tacite mentis: intellige mentem meam licet nō loquar quæ cupio cum me pudeat. Quod: in nouercam respondet phædra est huiusmodi malum quod nunq̄ crederes cadere in nouercā quæ solet prosequi odio ꝓuignos & ego te perdite amo. Perplexa: intricata & nō clara dicas apte ꝙ uelis. Pectus: phædra aperit amorem suum.
DAN. Me uel sororē: Soror aliquando est nomē consanguineæ ut hypmestra ad linū alloquēs. At tu siqua piæ line est tibi cura sororis. Aliquādo germāæ uterinæ ut anna soror interdū ueneris & amoris ē nomen soror ut apud martialē ī carmenionē cynedum quare desine me uocare fratrē Ne te carmenion uocem sororem dicitur soror quod seorsū nascitur seperaturq; ab ea domo ī qua nata est & in aliam familiam trāsgredit̄ ut scribit labeo antistius testimōio gellii.
Pindi iugis: pidus æmachiæ mons amœnus a cuius radicibus fundit̄ peneus amnis. Mandata: mihi a pr̄e cuius ab īferis reditus est difficilis & dubius insanit hō q se de rege famulū facit actutū cito. Nullā: παλλινάγρετοσ οὐκἐς ἰ ὅι μοσ ἀπ' ἄϊδαο μελεῖνου. nō reuertet̄ theseus īpediente fatorꝫ lege & dite pr̄e & apud Oui. idē repetit. Tēpor abest aberitq; diu neptūius heros illū perythoi detinet ora sui. Quid ī nouercā: sensus ē malū qd uix credas de nouerca quā raro cōtigit priuignos amar̄ nouercā dicūt greci. μητρυιάν. ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη.

ἄλλοτε μήτηρ. hinc illud apud gellium μία μὴ ρυὴ δυόμητέρες.

BER. Trabes: dat similitudinem de arbore concaua quando intus est ignis. Amore: hyppolitus dissimulat intelligere sed illũ. amorem uertit ad theseum. Vultus: quales sunt tui quos ipse tulit quando uenit in cretam. Fila: data ab ariadne sorore mea: ut sciret regredi de labyrintho interfecto minotauro. Gnossi cretensi: gnosso ciuitas est cretæ. Quis tum: qualis pulcher ita describit eius formam. Fortes thori: pulpe & musculi brachiorum habebat brachia grossa & fortia. Tuæue phoebes: dianæ quam colis in eo erat uultus similis dianæ. Phoebi mei. s. aut mei: ita pulcher: ut phoebus. Tuusq;: imo uultus tuus ẽ similis phoebo. In te: robustus decor quẽ habes a patre: & a matre amazona te magis uenustat. Ex equo: equaliter ut nihil muliebre habeas ab utroque parẽte. Scythicus: quare amazones habuerũt originem a scytis. Rigor: seueritas & aspitas. Ore graio: græco: qa tu græcus est græco patre quæ mixto facit tibi maximũ decorem. Si cum parente: quando pater tuus theseus uenit in cretam si fuisses cum eo potius te amasset soror mea. Soror: ariadne quæ dedit fila Theseo: ut sciret redire per ambiguas uias labyrinthi si uictoriam habuisset de miotauro. Te te: cõduplicatio. Quacũq;: nã a baccho locuta ẽ ĩ coelo cũ corona nouẽ stellis ornata de q̃ Oui. ĩ fastis plura dicit. Parẽ: quia tu secuta es amorẽ thesei: ipsa autẽ hippolyti filii eius. Vna domus. s. thesei. Te: ariadnẽ. Genitor: theseus. Natus: hippolytus. En: uertens se ad hippolytũ supplex tendit manus cum precibus dicens: miserere mei coacte ab amore ut tibi uni seruiam: cum antea in nulla parte fuerim digna reprehensone: hodie finiam labores meos uel morte uel mihi obsequens eris. Proles: ego filia regis minois: unde debes magis moueri. Certa: in hac intẽtiõe. O magne: hippolytus audiens nefandã petitionẽ phædræ exclamans ad iouem rogat ut mittat fulmen. Versa: ne uideant tam dierum scelus quod factum fuit in fabula thyestis: ut uidimus. Retorta: non procedentia secundum cursum suum. Radiate titan: sol qui habes caput cictum radiis: sustinebis uidere nefas stirpis tuæ idest neptis tuæ phoedræ. Merge: dicũtur sidera mergere se ĩ occeão. Cur dextra: iterũ dicit ad Iouem quid cessas si non uis fulminare istam saltem fulmina me. Face: trisulca fulmine triangulari.

DANIEL. Penitus: in penitissimis ossibus hæret amor uenenum est amor: & cæcus ignis repit & carpit. Monstri gnosii: idest minotauri qui labyrintheo concidit in thalamo. Cum prima: cum tenera iam languine flacescerent malæ quod græci dicunt ἐπιχνοάειν quo uerbo utitur sæpe apolonius. Tuæ phoebes: quemadmodum sol frater phoebus dicitur ita & diana soror phoebe quasi φῶσ ἱ βήσ nunquam enim flectuntur senecta sed semper impuberes & flauo uultu horum alteram sequebatur in syluis hippolytus alterum referebat auctore generis phedra propter circen deam ææam. Hosti: idest ariadnæ filiæ minois hostis tui qui te monstro exponebat commendans hippolytum a forma ostendit clam quid uelit ab eo impetrare oscula & coitum. Te te: repetitio facta per epizeuxim ad effectũ uenereum ad causã parem. En suplex: pathos ab habitu & fortuna. O magne regnator: inhorruit hippolytus ad impudicas preces nouercæ & uociferabundus iouem ad ruinam ætheris solem ad perpetuas tẽnebras lascessit ut iuuenalis: Agunt superi magna ocia coelo: quasi obdormiscant ad scelera mortalium postremo conuiciatur nouercæ torno & rigido uultu.

penitus medullas: atq; per uenas meat
Visceribus ignis mersus & uenis latens.
Vt agilis altas flamma percurrit trabes
Hip. Amore nempe thesei casto furis:
Phe. hippolyte sic est: thesei uultus amo
Illos priores quos tulit quondam puer.
Cum prima puras barba signaret genas.
Monstriq; cæcam gnosii uidit domum.
Et longa curua fila collegit uia:
Quis tũ ille fulsit: presserant uittæ comã:
Et ora flauus tenera tingebat rubor.
Inerant lacertis mollibus fortes thori
Tuæue phoebes uultus: aut phoebi mei.
Tuusq; potius talis: en talis fuit
Cum placuit hosti: sic tulit celsum caput
In te magis refulget incomptus decor
Et genitor in te toruus: & toruæ tamẽ
Pars aliqua matris miscet ex æquo decus.
In ore grato scythicus apparet rigor.
Si cum parente creticum itrasses fretum:
Tibi fila potius nostra neuisset soror:
Te te soror: quacũq; siderei poli
In parte fulges: inuoco ad causam parem
Domus sorores una corripuit duas
Te genitor: at me natus: en suplex iacet.
Allapsa genibus regiæ proles domus:
Respersa nulla labe: & intacta: innocens:
Tibi mittor uni: certa descendi ad preces:
Finem hic dolori faciet aut uitæ dies.
Misere amãtis. hip. o magne rgnator deũ
Tam lẽtus audis scelera tam lẽtus uides:
Et quãdo sæua fulmen emittes manu:
Si nunc serenum est: oĩs impulsus ruat
Aether: & atris nubibus condat diem.
Ac uersa retro sidera obliquos agant
Retorta cursus: tuq; sidereum caput
Radiate titan: tu nefas stirpis tuæ
Speculare: lucẽ merge: & in tenebras fuge.
Cur dextra diuũ rector atq; hoĩum uacat:
Tua: nec trisulca mundus ardescit face:
in me tona: in me fige: me uelox cremet
Transactus ignis: sum nocẽs: merui mori:

BER. Transactus ignis:ipsũ fulmẽ trãsmissum per pectus meũ. Placui nouercæ: propter formã meam placui. Ego:habet emphasim. Solus:cum essent tot iuuenes delicati ĩ urbe cum quibus poteras sperare stuprum. & sic dirigit sermonem ad phedram. Materia:dicitur circa quã quid cõponitur. Facilis.s. ad flectendũ. Rigor:asperitas:quia nunquam flexi aĩum ad mulierem. Matre mõstrifera:pasifæ quæ ex tauro peperit monstrũ minotaurum:sed tu es peior:illa texit scelus suũ tu uero facis aperte. Exibuit:patefecit. Nota:& iditio partus.

Placui nouercæ: dignus an stupris ego?
Scelerique tanto uisus ego solus tibi
Materia facilis: hoc meus meruit rigor?
O scelere uincens omne fœmineũ genus
O maius ausa matre monstrifera malum:
Genitrix peior: illa se tantum stupro
Contaminauit: & tamen tacitum diu
Crimen biformis partus exibuit nota:
Scelusque matris arguit uultu truci
Ambiguus infans: ille te uenter tulit.
O ter quaterque prospero fato dati
Quos ausit & peremit: & læto dedit
Odium: dolusque: genitor inuideo tibi.
Colchide nouerca maius h°: maius malũ ẽ
Phe. Et ipsa nostræ fata cognosco domus:
Fugienda petimus: sed mei nõ sum potẽs.
Te uel per ignes p mare ĩsanũ sequar:
Rupesque & amnes: ũda quos torrẽs rapit.
Quacũque gressus tuleris: ac amens sequar
Iterum superbe genibus aduoluor tuis:
Hi. procul ĩpudicos corpor ã casto ãmoue
Tactus quid hoc est: & inamplexus ruit.
Stringatur ensis: merita supplicia exigat.
En impudicum crine contorto caput
Leua reflexi: iustior nunquam focis
Datus tuis est sanguis: arcitenẽs dea:
Phe. hippolyte nũc me cõpotẽ uoti facis:
Sanas furentẽ: maius hoc uoto meo est
Saluo ut pudore manibus immoriar tuis
Hip. Abscede: uiue: ne quid exores: & hic
Contactus ensis deserat castum latus
Quis euellet me tanais: aut quæ barbaris
Meotis undis pontico incũbens mari:
Non ipse toto magnus occeano pater
Tantum expiarit sceleris: o siluæ: o feræ:
Nu. Dephẽsa culpa ẽ: aĩe qd segnis stupes?

Biformis:quid erat medius taurus & medius homo:iõ nõ potuit celare. Ambiguus:minotautus qui habebat duorum naturã. Arguit:probauit. Truci:taurino. Ille uenter: si quis nõ crederet te filiam pasiphaes:hoc satis demõstrat ꝙ es monstruosa sicut illa fuit. Ter & quater:faciunt numerum septẽarium qui ut scribit macrobius pfectissimus habetur. Vnde uir. ter quaterque bti.i.beatissimi. Prospero:scõ felici morti:bti fuerunt illi qui occisi sunt a nouercis magis ꝙ ego ꝗ amor nefando amore. Inuideo: uoluissem habere talem nouercam quẽadmodũ tu pater. Colchide: medea de colcho ĩsula quæ fugiẽs ab iasone nupsit ægeo patri thesei & priuignum theseum uenenare uoluit: illud est maius nefas. Et ipsa phœdra:reiicit crimen in amorẽ:dicens esse fatale suæ domus ut semper fugiẽda appetant. Procul:cũ uellet illa tãgere genua hippolyti reiecit ipsam a se. In amplexus dum reiceret ipsam brachiis apertis furibunda currebat in eum. Ruit:de ipsa phœdra loquitur in tertia persona. Stringatur:euaginetur:melius est ut interficiam ipsam ꝗ patiar tales amplexus. Exigat: sustineat. En: impudicum erant ante altaria dianæ ideo hippolytus tenens phedram per capillos nudato gladio alloquitur dianam dicens sacrificaui tibi uictimas multotiens quæ nõ conueniebant tãtum sicut hæc scelerata & impudica. Leua:sinistra.
Impudicum:mulieris impudicæ. Contorto: implicato manibus meis. Architenens:diana dea uenationis quæ tenes arcum. Sanguis: uictima. Nunc me: rogat phœdra mortem per mãus hippolythi. Compotem uoci: facis me hẽre quod cupiebam. Hoc.s.si me occidis est mihi gratius uoto meo quod cupiebam tecum concubere saltem moriar saluo pudore. Abscede:negat illi mortẽ hippolytus & iubet ut discedat: nec oret amplius eum. Contactus: quem tetigisti. Desertat: latus.s.meum: non accingam amplius illum. Tanais:fluuius de quo supra. Meotis:palus de qua silr supra: hæc habet descensũ i mare ponticũ hoc ẽ euxinũ: quæ erũt aquæ lõgiquæ ꝗ me cõtamiatũ cõtactu nouercæ lauare possint & ex purgare. O siluæ:exclamat hippolytus dicẽs melius esse ducer̃ uitã i siluis & ĩter feras ubi nõ sũt ista scelera. Depræhensa:nutrix non longe aberat cum phœdra & hippolytus talia agerent: unde dicit uideo hippolytum noluisse consentire dominæ meæ:& culpam ipsius esse detectam: unde crimen est reiciendum in ipsum hippolytum cum fuerint in loco dubio: ubi nulli testes interfuerunt si primo clamemus omnes credent hippolytum uoluisse stuprare nouercam. Depræhensa: detecta deprehendi est in scelere inueniri:ita ut non possit negari.

DANIEL. Biformis: minotaurum hominem & bouem enixa est utero crimen onusque suo. Te uel per ignes:parata sum sustinere omnes incommoditates: ferrum patiar & ignes quacũque gressus tuleris te sequar eodẽ affectu adloquitur propertius cinthiã. Nil ego nõ patiar nunꝗ me iniuria mutat:Ferre ego formosã nullã onus esse puto:Et in epistola ad eundẽ hippolytũ phedra ipsa comesueniã nec me salebrosa mouebunt saxa nec obliquo dente timẽdus aper. Procul ĩpudicos:ne me ĩpudico at actu polllue scelerata faces hinc ego te o improba trucidabo ni parcas mãibus. Arcitenens dea: apostrophe ad deliam quã uocat arcitenentẽ sicut homerus: παρθένον ἰοχέαιραν ὁμότροφον ἀπόλλωνος appellat. Dephẽsa:perfida nutrix:proditrix lena impultrix malorũ artifex temeratissima ad oẽ scelus parandũ hic machinat̃ cædẽ hippolyti hic stupri reũ hippolytũ facit argumento stricti gladii:mihi iubet ĩsurgere merito ĩ hãc predictã ca

nem uerbis Ouidii contra lenam. Dii tibi dent.o. nutrix lena:dii tibi dent nullosq; lares in opemq; senectam Et longas hyemes perpetuamq; sitim.

BER. Regeramus:retro geramus.i.reiciamus crimen in hippolytũ. Vltro:primo & sponte. Arguamus: accusemus uenerẽ stuprũ tentatũ. Scelere:si uolumus occultare nostrũ scelus opus est ut faciãus aliud. Tutissimum:facit similitudinẽ sicut ille qui timet si fingat se audacem iterdũ uadit securus si erimus primæ quæ accusemus credetur nobis. Ferre gradum:inuadere prio hostem. Secreta:cum nullus sciat hoc factũ.& facta ista deliberatione incipit clamare. Adeste athenæ:uenite athenienses ad fauorẽ nostrum:& uos famuli ferte opem reginæ: hippolytus raptor stupri.i.stuprator. Præmit : urget ipsã Intentat:minatur mortẽ nisi uelit sibi morigera esse. En: demonstrat illum uerissimo argumento ꝙ fugiat relicto en se. Pignus.i. probationem hẽmus istum gladiũ ut credat nobis. Hanc:mestam intelligendum est ꝙ uenerat turba cui nutrix dicit recreate reginã attonitam:& liquite cries spar sos ut sunt ut aperte oẽs uideant hippolytũ intulisse manũ illi. Notas:signa. Recipe:mõ uertit sermonem ad suam phœdram dicens:scio ꝙ es attonita:satis est ꝙ es pudica:& hẽs mentem bonam quæ nõ põt uiolari neque pdi. Fugis phœdra fugiebat propter uerecũdiam sed nutrix astuta uertit in aliam partẽ. Mens:intentio. Nõ casus: propter casum nõ dicitur impudica nisi aius consenserit.

Vgit insane:introducitur chorus uidens hippolytũ f fugientem in siluas & dolet qđ cognoscit eum falso accusari:unde laudans pulchritudinem eius persuadet illi ne habitando siluas florẽ suæ ætatis pdat qui cito est periturus.uersus est saphicus:ut in hercule furente natus euristeus. Fugit.s. hippolytus. Choro glomerante: uẽto meridionali cogẽte & desante nubes. Flamma:uelotior q̃ sit flãma quando de cœlo stellæ uidentur cadere. Agitata: addit rõnem naturalem:quia est uapor eleuatus ita a uentis inflãmatus. Cõferat:comparet mõ uertit sermonẽ ad hippolytum laudando illius pulchritudinẽ: iactet antiqtas oẽs suas formas nõ erit ulla quæ hippolyto comparari possit. Clarior:comparatio quãdo luna completis cornibus cæteras stellas suo splendore uincit ita tu oium formas superas Orbe pleno:rotonditate perfecta. Ignes:splẽdorẽ. Cœunte:cõiungẽte se. Properante : quod luna inferior habet breuiorem circulũ.iõ singulis mẽsibus complet cursum suum. Pernox:apparẽs p totã noctẽ. Exerit:emittit. Phœbe:luna. Lotus:quarẽ uester exire de occeão. Pulsis:de mane & tũc lucifer appellatur idẽ qui nocte hesperus. Liber: baccus comparat ipm bacco quando uenit de india & usum uini dedit. Thyrsigera:quæ portat tyrsum in honorem sacrorũ bacchi thyrsus est asta inuoluta pãpinis : & ibi aduertendum est ꝙ mutatur uersus & est asclepiadeus.

DAN. Fugit insanæ:Quintũ carmen hippolyti cuius initiũ scribitẽ metro sapphico & adõico:mediũ asclepiadeo uel choriãbico & tu thyrsigera &c.finis uero trimetro iambico. Quis fuit:cõfertur fuga hippolyti isano turbini.mox pulchritudo eius comẽdatẽ postremo narratẽ thesei ab inferis reditus:loquitẽ chorus & hortatẽ ad lusus & uenerẽ. Procellæ: procella pprie nubes rupta & i pronũ soluat quã græci τὴν ἐκνεφιάδα.cadit præceps & uehemens acrisq; & plurimo cũ labore:accipitẽ p æstu maris nõ nunq̃ unde procello sum mare. Ocior cursum:fluxit uelociter sulgetra & uapore igneo i aere nubilo coruscãte dicius . aut i æstiua nocte pter fugiẽte iaculo flãmeo iter ipsas stellas quã cõparationẽ uidetẽ Seneca de idustria ab appolonio accepisse ubi filii boreæ isectantẽ harpyas ηὺτ᾽ ἀέλλαι ἀλευκέεσ ἢ ζέροπαι ὡσ ἀπρόφατοι νεφέων ἐξαλμέναι ἐσσεύοντο. Qualis ẽ.prias: nitet facies tua quã nitet hesperius idẽ lucifer stella ueneris præ nitore iter alias singulari & pulcherrio. hãc itẽ parabolã cõmodato accepit ab apollonio qui cõparat pollucẽ pugnãtẽ cõ amyco.stellæ uespertinæ ὁ δ᾽ οὐρανίοισ ἀτάλαντοσ ἀστέρι τυνδαρίδησ. οὗπερ κάλλισαι ἔασι ἑσπερίην διὰ νύκτα φαεινομένου ἀμα

Regeramus ipsi crimen: atq; ultro impiã
Venerem arguam9:scelere uelãdũ ẽ scel9
Tutissimum ẽ inferre cũ timeas gradum
Ausæ priores simus:an passæ nefas:
Secreta cum sit culpa:quis testis sciet:
Adest athenæ:fida famulorum manus
Fer opẽ:nefãdi raptor hippolytus stupri
Instat:præmitq;:mortis intentat metum:
Ferro pudicam terret:pręceps abit.
Ensemq; trepida liquit attonitus fuga:
Pignus tenẽs sceleris:hãc mœstã prius:
Recreatæ: crinis tactus: & laceræ comæ
Vt sunt remaneãt: facinoris tanti notas:
Refer te in urbem:recipe iam sensus hera
Quid te ipsã laceras:aspectũ oium fugis:
Mens inpudicam facere nõ casus solet.

Chorus loquitur.

f Vgit insane similis procelle:
Ocior nubes glomerante choro:
Ocior cursum rapiente flamma:
Stella cum uentis agitata longos:
Corripit ignes.
Conferat tecum decus omne priscum
Fama miratrix senioris æui.
Pulchrior tanto tua forma licet:
Clarior quanto micat orbe pleno:
Cum suos ignes cœunte cornu
Iunxit:& curru properante pernox:
Exerit uultus rubiconda phœbe.
Nec tenent stellæ faciem minores:
Qualis est primas referens tenebras:
Nuncius noctis:modo lotus undis
Hesperus:pulsus iterum tenebris:
Lucifer idem.
Et thyrsigera liber ab india:

Intonsa iuuenis perpetuum coma:
Tigres pampinea cuspide territans:
Ac mitra cohibens cornigerum caput:
Non uinces rigidas hippolyti comas:
Nec uultus nimium suspicias tuos:
Omnes per populos fabula distulit:
Phedre quem bromio pretulerit soror.
Anceps forma bonum mortalibus:
Exigui donum breue temporis:
Vt uelox celeri pede laberis.
Non sic uere nouo prata decentia
Aestatis calide dispoliat uapor.
Seuit solstitio cum medius dies
Sed noctem breuibus præcipitat rotis:
Languescunt folio lilia pallido:
Et gratæ capiti deficiunt rosæ
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur: nullaq; non dies
Formosi spolium corporis abstulit.
Res est forma fugax: quis sapiens bono
Confidat fragili: dum licet utere:
Tempus sed tacitum subruet: horaq;
Semper præterita deterior subit.
Quid deserta petis: tutior auiis
Non est forma locis: te nemore abditum:
Cum titan medium constituit diem:
Cinget turba licens
Naides improbe formosos solite
Claudere fontibus.
Et somnis facient insidias tuis
Lasciue nemorum deæ.
Montiuagi ue panes.
Aut te stellifero despiciens polo.
Sidus post ueteres arcadas editum:
Currus non poterit flectere candidos.
Et nuper rubuit: nullaq; lucidis
Nubes sordidior uultibus obstitit.
At nos solliciti lumine turbido
Tractam thessalicis carminibus rati:
Tinnitus dedimus: tu fueras labor:
Et tu causa moræ: te dea noctium
Dum spectat celeres sustinuit uias:
Vexent hanc faciem frigora partius:
Hæc solem facies rarius appetat.
Lucebit pario marmore clarius.
Q am grata est facies torua uiriliter.
Et pondus ueteris triste supercili.

ρῦγαί. Et thyrsigera: bachus puer gerit capite gemella corniculo qualia heduli lactẽtis & mitra cingit itonsas comas ꝙ uinum coloret genas & in supbiã erigat dant itonsæ comæ phœbo & libero ꝙ utriusq; numinis eadẽ sit uirtus ut scribit theodosius ouidius ad amicã: Formosæ periere comæ quas pulcher apollo. quas uellet capiti bachus in eẽ suo. BER. Perpetuũ: qre semp iuuenis & comatus. Tigres: q dicunt iuncte curui bacchi. Pãpinea: plẽa pampinis uitiũ Mitra: qua lydi utebant. Cornigeꝝ: pigebat bacchus cum cornubus. Ouidi. Accedant: capiti cornua bachus eris Choibẽs: ligans. Rigidas: in cultas. Nec uultus: cõparat ẽt ipm hippolytũ theseo pri cuius formosissimi amore capta fuit ariadne qñ iuit i cretã. Tuos: ad theseũ loquit p circuitionẽ. Soror phedræ. i. ariadnæ. Prætulerit: pposuerit qre magis illũ amabat. Bromio. i. baccho cui ipsa ariadne relicta a theseo i chio isula postea nupsit baccho. Suspicias: admireris. Fãula: rumor omniũ dispsus. Anceps forma: exhortans hippolytũ ut forma sua uti uelit: eius fragilitatem & breuitatẽ demõstrat. Anceps: incertũ laboris: o forma tu cito fugis. Vt: pro qtũ & hic ẽ uersus anapesticus anceps forma. Nõ sic: uersus asclepiadeus: facit similitudinẽ pulchritudinis fugientis. Decẽtia: pulchra. Solstitio. s. estiuali quãdo sol ẽ i cãcro. & tũc sol icipit recedere qre natura cãcri ẽ recedere. Rotis: cursu. Præcipitat: accelerat. Languescũt: deficiunt & marcescũt. Gtate: qre ex illis fiũt coronamẽta. Vt: queadmodũ. Fulgor: pulchritudo. Momẽto: minima parte tẽporis. Nulla nõ. i. qlibet dies si negatio p cederet diceret aliqua dies. Abstulit: cõtinue dimiuit pulchritudo: iõ qlibet dies aliqd aufert pulchritudinis nr̃æ. Spoliũ: pdã & priuationẽ. Tacitũ: tps qd fugit nobis ñ sentiẽtibus. Sic Oui. tacitisq; senescimus ãnis. Subruet: destruet Subit: seqt & succedit & sp facit deteriores. Quid deserta: hippolyte qd petis siluas nõ ẽ ibi ẽt forma tuta: sunt multæ nymphæ quæ te sollicitar possunt. Auis: secretis ubi ñ ẽ uia tricta. Cõstituit titã: quãdo sol firmauerit & fecerit mediũ diẽ ibis ad ũbras ubi te niphæ cõplecti poterũt. Turba licẽs: licẽtiosa turba nympharũ appositiue naiades. Solite: claudere trahere ad fontes suos sicut fecerũt hylam & narcysum. Deæ nemorũ. s. dryades. Panes montiuagi: dei pastorũ habitãtes mõtes. Aut te: diximus queadmodũ materia tragœdiæ ẽ grauis tamẽ i choro dat licẽtia lasciuiẽdi. dicit igit qd luna ẽt capiet amore ipsius: & descendet ad eũ queadmodũ ad endimionẽ & qd hoc sit ueꝝ pbat dicẽs supioribus diebus uisa ẽ luna rubea: putabaturq; icantationibus thesalicis laborare & ut succurrerent illi ne audiret illas incãtationes pulsabãt tympana sed illa nõ erat cã sed tu quẽ ipsa sequebat ũde uolẽs dicer lunã dicit. Sidus editũ: post archadas q populi sunt i peloponẽso. antiquissimi ominum hic se iactabant natos primisq luna. Editũ: natũ. Sidus: luna.
Rati: q putauimus. Tinitus: sonos tympãoꝝ & clypeoꝝ
Tu labor: tu eras cã illius laboris & ruboris lũæ. More: tardatiõis: qre uidebat herere. De: lũa. Sustinuit: retinuit & firmauit. Celeres: qa breuius pficit cursũ cæteris planetis.
Vexãt: destruãt. Partius: mius. Appetat: eat ad solẽ: ut diutius serues pulchritudinẽ tuã. Pario: candidissimo marmore. paros isula iter cicladas i mari egeo. Quã grata: admiratiue. Põdus triste: grauitas austera. Supcilia: ratione uersus p supcilii & capit superciliũ p pillis qui in eminentia oculi sunt: ibiq; grauitas hominis cognoscitur.
DAN. Arcadas ueteres: scribit plutarcus ueteris fuisse cõ

ſuetudinis apud arcadas i ſiniſtro calciamẽto ferri lunã qđ ſequẽtibus multo poſt ãnis romani patricii tãtũ recepe rũt.creditũ eſt eos ante lunares extitiſſe quos græci uocant τοισ προσελινασ extra robora annoſa primum nati ſunt ũde homerus ουμὲν ποσ ἐσὶν ἀπὸ δριοσ οὐδ ἀπὸ πέτρησ τωθαρι δέμεναι τε παρθένοσ ἠίθεοσ τε.ouidius & maro idẽ cecinere & iuuenalis qui rupto robore nati cõpoſitiq; luto nullos habuere parẽ tes. Tinnitus:mouimus crotala auxiliantes lunæ ne carmina theſſalorum perſentiſceret crediderimus tua forma potius q̃ cantibus hoc accidiſſe.

BER. Phœbo:comparat hyppolitum apollini. Colligi: quæ nõ colligitur circa caput. Illũ.ſ.phœbũ.ille habet lon gos crines & ornatos:tu uero breues & irtos & ita eſt diſpa ritas in crinibus. Hirta:pilloſa & rudis. Decet:decentem & placentẽ facit. Nulla lege:nullo cultu & ordine. Tuli cet:laudat ipm a fortitudĩe corporis. Pugnaces deos.ſ. pa nes. Spacio:magnitudines. Thoros:pulpas & muſculos brachiorũ in qbus cognoſcit̃ robur hoies. Lactior:pectore martis:q ſcribit̃ a poetis pectoroſus:nã latum pectus forti- tudinem demonſtrat. Cornipedis.i. eq habentis pedes ex cornu:ſi tu equitas es ſimilis caſtori fratri helenæ qui peritiſ ſimus erat in agẽdis equis. Mobilior:i gubernãdo frenum.

Sparta nucyllaꝝ:lacedemoniũ equũ caſtoris. Amentũ: ſi uis iacere iaculũ cũ manu nõ tã longe mittẽt ſagittas ſuas cũ arcu crethenſes peritiſſimi ſagittarii:q tũ tu manu. Ten de:emitte in digitũ. Amẽtũ:qđ eſt coriũ ad mediũ haſtilis i quo inſeritur digitus ad iacendũ. Spicula :ſagittas. Arun dinem:gagittã factã ex calamo qui naſcitur apud crethẽſes mire duriciei ut inqt Pli.& Virgi.in bucolicis cydonia ſpi cula appellat. Modo pertico:addit aliam artẽ ſi uelit hippo lytus iacere ſagittas i altum mor̃ parthoꝝ. Nulla.ſ.tela ue nient ad terrã ſine aue. Condita:iuoluta. Tepido uiſcere: i teſtinis calidis. Prædam:poteris ſagittare ipſas aues inter nubes. Raris forma : reperies raro formã fuiſſe ſine pericu lis.ut demonſtrat plane iuuenalis:optaret uirginia gibbum.

Proſpice:parentheſis ẽ diſcurrer̃ oẽs etates tu iuenies pro pter formam ſuam multos periſſe. Melior:deus diu meli- us faciet tibi q̃ iſtis. Prætereat: traducat ſine periculo. Eui deformis : quod poſſis tranſire ad ſenectutẽ quæ turpis ẽ.

Quid ſignat:dat locũ ſcene ſequẽti:quaſi dicat nihil ẽ qđ nõ audeant feminæ cũ facit ira nocentes.ut dicit iuuenalis.

Inſonti:ſine culpa:hippolytũ innocentẽ falſo crimine accu ſare & pdere quærit. Furor:prœceps incõſideratus. Fi- dem:lacerat crines & lachrymatur ut credant homines illã paſſam fuiſſe uiolentiam. Sed iſte:dat locum ſequenti ſce- ne:uidens chorus a longe uenientem quendã ſublimen:& incedentẽ more regio admiratur quis ſit:demum cognoſcit pirithoũ & theſeum. Languido candore:quare palebat ſi- tu infernali:uidet̃ mihi ſimilis perithoo niſi eſſet ita palidus & ita icultus crinibus. En:ecce uidet tũc theſeũ redeũtem.

DANIEL. Spartanum cylarum: Neptunus donauit a- draſto regi Ariona.idem dõauit iunõi xãthũ & cilaꝝ quos illa dedit caſtori & polluci:meminit papinius i thebaide tua furto lapſa ppago Cyllare. Tẽde amẽtũ:iſere tuis digitis amẽtũ ligamẽtũ quo iacula torquent̃ τα ἄμματα græci di cũt funes eſt autem omnes ligamentum plinius.ſedes huic poſita ſole iſq; ſine amento in ſignis in Metelli pub blica porticu. Raris forma uiris:formoſis nocuit plurimum ſuam forma audi iuuenalem filius autem corporis egregii miſeros trepidoſq; parentes ſemper habet rara eſt adeo concordia formæ atq; pudiciciæ non poſſunt peruenire ad utilitatem formoſi:fiunt enim ſpadones fiunt publici adulteri inſidiãtur legitimis thoris.gibboſæ rutiliæ ſatius eſſet habere deformitatem q̃ faciem lucretiæ. Inſtruitur omnis:nullum eſt malum cuius origo nõ ſit femina habet tamen femina duo bona:unum in tumulo:& alterum ĩ thalamo ut ſcribit Callimachus.πᾶσα γυνὴ χόλοσ ἐστὶν ἔχει δ᾽ ἀγαθὰσ δύο ὥρασ: τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ. τὴν μίαν ἐν θανάτῳ. Fe- mina quæq; fel eſt:ſed habet duo uel bona tantum.unum habet in thalamo:unum habet in tumulo

Phœbo colla licet ſplendida cõpares:
Illum cæſaries neſcia colligi:
Perfundens humeros ornat:& integit.
Te frons hirta decet:te breuior coma
Nulla lege iacens.tu licet aſperos
Pugnaceſq; deos uiribus arceas.
Et uaſti ſpacio uincere corporis:
Aequas herculeos iam iuuenis thoros.
Martis belligeri pectore latior:
Si dorſo libeat cornipedis uehi:
Frenis caſtorea mobilior manu:
Spartanum poteris flectere cyllarum.
Amentum digitis tende prioribus:
Et totis iaculum dirige uiribus.
Tam longe dociles ſpicula figere:
Non mittent gracilem cretes arundinem.
Aut ſi tela modo ſpargere parthico
In celum placeat:nulla ſine alite
Deſcendent tepido uiſcere condita:
Prædam de mediis nubibus afferes.
Raris forma uiris(ſecula proſpice)
Impunita fuit:te melior deus
Tutum prætereat:formaq; nobilis
Deformis ſenii lumina tranſeat.
Quid ſinat iauſum fœminæ pceps furor:
Nefanda iuueni crimina inſonti apparat
In ſcelere quærit crine lacerato fidem:
Decus oẽ turbat capitis:humectat genas:
Inſtruitur omnis fraude feminea dolus:
Sed iſte quis nam eſt regiũ i uultu decus
Gerens:& alto uertice attollẽs caput.
Vt ora iuuenis paria pirithoi gerit.
Ni languido candore pallerent genæ:
Staretq; recta ſqualor incultus coma:

B. Andē ꝓfugi: hic ē tertius actus ubi theseus primo rediēs ab iferis narrat mala quæ passus ē iā quattuor annis. Iuterea occurrit sibi nutrix plorans: ipse cām fletus rogat. Tandē: post multos labores. Plagā: regionē. Vmbrantē: ubi sunt tenebræ. Manes: facientē umbrā manibus. Diem: lucē. quod naturaliter accidit illis qui clausi fuerūt tenebris: quādo exeunt nō possunt pati lucē. Iā quarta: iā sunt quattuor anni qbus fui i iferno dubius iter mortē & uitā: & more poetico uolēs dicere qtuor ānos: messes qē fcās dicit. Eleusis:

En ipse theseus redditus terris adest.
Actus. iii. Theseus nutrix. The. loquitur.
Andē ꝓfugi noctis æternæ plagam.
Vastoq; mães carcere umbrātē polū
Vt uix cupitum sufferūt oculi diem.
Iam quarta eleusis dona triptolemi secat
Paremq; totiens libra composuit diem.
Ambiguus ut me sortis ignote labor
Detinuit inter mortis & uitæ mala.
Pars una uitæ mansit extincto mihi
Mersus malorum finis alcides fuit.
Qui cū reuulsum tartaro extraheret canē
Me quoq; supernas pariter ad sedes tulit.
Sed fessa uirtus robore antiquo caret
Trepidātq; gressus: heu labor quātus fuit
Phlegetōte ab imo petere lōgiquū æthera
Pariterq; mortē fugere: & alcidē sequi.
Quis fremit⁹ aures pepulit flebilis meas:
Exꝓmat aliqs: luct⁹ & lachrymæ & dolor
Et limine in ipso mœsta lamentatio:
Hospitia digna prorsus iferno hospite.
Nu. tenet obstinatū phædra cōsiliū necis:
Fletusq; nostros spernit: ac morti iminet.
The. quæ cā læti: reduce cur morit̄ uiro:
Nu. Hæc ipsa lethū cā maturū attulit.
the. pplexa magnū nescio qd uerba tegūt.
Effare aperte: quis grauat mentem dolor.
Nu. haud pādit ulli: mœsta secretū occulit
Statuitq; secū ferre: quo moritur malum.
The. Iā pge qso: pge: ꝓpero opus est
Reserate clausos regii postis lares.
Theseus phædra. theseus loquit̄.
o Socia thalami: siccine aduētū uiri
Et expetiti cōiugis uultum excipis:
Quin ense uiduas dextrā, atq; aīum mihi
Restituis. & te qcqd uita fugat expromis
Phe. Heu per tui sceptra imperii
Magnanime theseu: perq; natorū indolē.
Tuosq; reditus perq; iā cineres meos.
Permitte mortem.
The. Causa quæ cogit mori?
Phe. Si lethi causa dicitur fructus perit.

urbs i thera isula sub euboia iuxta atticā: ut ostēdit ptholē. i hac triptolemus natus est q munere cereris in ptibus atticis usum frugū primus iuenit unde ibi dicit. Dona triptolemi i. fruges. Totiēs. s. qter. Libra: quādo sol i hoc signo ē fit equinoctiū: quod duplex ē: uernū quādo sol ē i ariete: autūnale quādo ē libra. Vnde dicit Vir. i geor. Noctes equant aries & libra diebus. Parē: equalē nocti. Ambiguus dubius. Sorti: ignote: quia nesciebā an deberē uiuere an mori. Pars una: uidebar mortuus cū luce carerem: cū spirarem adhuc uidebar uiuere. Alcides: hercules q descēdens ad iferos illinc me eripuit. Mersus. s. i iferno. Canē: cerberū quē hercules traxit ad superos: ut uidimus. Trepidāt: tremūt: uix possum me pedibus tenere longinquū. Aethera: sic Vir. i. vi. æneidos. Supasq; euadere ad auras. Hic opus hic labor ē. Alcidē seq: q grādi passu ambulabat. Quis fremitus: dū appropinqret Theseus fremitū audiuit in domo sua: unde sit illi obuiā nutrix quæ cām luctus explicat.

Expromat: dicat. Hospite. q. d. me theseo q sū assuetus i iferno debeo dare hospitiū plenū lachrymis. Reduce: sospite: nō hēt noiatiuū. Hæc ipsa: ista ē cā quæ facit ipsam accelerare mortē: quia nollet tibi narrare factū. Maturū: mortē acceleratā. Perplexa: itricata quæ nō possunt intelligi. Haud pādit: nō uult alicui reuelare malū pp qđ potius uult mori. Perge: uade cito & aperi mihi portas. Properato: idest accelerari.

DAN. Tandē: sexto carmine metro archilochio ꝓponit̄ qrtus actus ubi theseus ab iferis redditus recta se cōfert domū a qua nō ꝓcul audiit fremitū & lachrymosos gemitus. i hippolyto euripidis theseus hoc mō lamētat̄ territus clamore isto funebri. γυνάκεσ ἴδε τίσ ποτὲν δόμοισ βοὴ ἤχω βαρεῖα προσπόλων ἀφίνετοόυ γάρ τι πῶσ θεωρὸν ἀξιοῖ δόμοσ πύλαι ἀνοίξασ &c. sed iā ruperat collū nodo sibi phædra. hic aliter narrat̄. accusat̄ eni hippolytus falso & dānat̄ mortis a theseo. Ego iqt tandē euasi æternæ noctis caliginē: cuius dēsitate adhuc hebēt oculi mei. horrēt mēbra. & succidui pedes titubāt. Ingressus deide domū: phedrā offēdit igemiscētē singltātē: passis crinibꝫ: ueste cōscissa: stupefactus rogat: o socia thalami sic uiri reditu lætaris: qn prius pōe gladiū & nobis lethi cām narra

B. Socia: postq̄ theseus igressus ē domū phædrā plorātē & lacero uultu iterrogat: q̄ cā tātū se affligat cū deberet letari aduentu suo. Expetiti: desiderati.

Qui. cur nō. Viduas: priuas. qre nō depōis ensē de manu quo tibi mortē apparas. Restituis animū: ut me cōsoleris exanimatū. Expromis: cur non dicis cām q̄ uelis mori.

Heu: adiurās theseū phedra rogat ne uelit scire cām mortis suæ: sed sinat eā mori. Indolē: p indiciū futuræ uirtutis.

Cineres: q̄ possū iā iudicari mortua. Fructus: si dicā cām pdā fructū mortis: qa uolo mori solū ne qs sciat dedecus meum: qđ si nō dixero relinqt̄ mihi fama bōa q̄ ē maxius fructus mortis. ut Proptius: Hæc est feminei merces extrema triūphi. laudat ubi emeritū libera fama rogū. Perit: nihil ē

DAN. Heu p tui: ab obtestatiōe icipit & mortis uoto ut solū culpæ auctorem hippolytum credibile sit fuisse: seq; iugalis tori fidem integram ad uim usq; seruare uoluisse.

BER. Nemo:theſeus promittit ſe ſecretum ſeruare quod dixerit. Coniugis:dubitas ne aperire factum coniugi tuo. Aliũ:quãdo quis uult rem ſuã ſecretam eſſe nulli dicat. Facultas : nõ permittã te mori. Luendum. purgandum:quod uiuo debeo mori:quia uiuo:uult dicere cum paſſa ſim tantã infamiam ſtatim debebã me iter ficere. Mors optima:melius eſt ꝙ moriar & plores q̃ ꝙ uiuam:quia uidebitur ꝙ fuerim tibi cara. Silere:in tertia perſona loquitur more iratorũ:uidens phedrã nolentẽ loqui cauſam ſuæ mortis : dicit ſeparaturum tormẽta nutrici:ut iſta propalet: Vnde Phedra mota cõpaſſione nutricis ſtatuit narrare factum. Prodet:manifeſtabit. Vincite:ligate:& ſic uocat famulo ad tormentũ nutricis. Ipſa: uidens phedra parare tormenta nutrici pollicetur ſe dicturam omnia. Pretenta:oppoſita : a tendo inuoluebat facie ueſtibus quaſi furibunda nõ auderet reſpicere lucem. Te creator : inuocat iouẽ & ſolem auum ſuum in teſtes conſciẽtiæ ſuæ ꝙ uiolata ſit ab hippolyto contra uoluntatem ſuã.
Coruſcũ iubar:ſplendor clarus.i.o ſol. Non ceſſit:nõ uictus fuit:neq; precibus neq; minis ſum ſuparata:ſed ui uiolata: q̃ morte mea luã. Pudoris : pudicitiæ amiſſæ. Ede: dic quis fuit uiolator noſtri honoris. Rere:exiſtimas:& nũquã putares. Expeto:uehemẽter cupio. Hic : non dicam ſed declarabit hic enſis quem ſtuprator reliquit. Quod facinus : uidẽs enſem Theſeus cognouit illum eſſe hippolyti.
Ebur:manubrium enſis. Aſperum: ſculptum. Signis: paruis imaginibus. Capulo:manubrio. Euaſit: ad quem locum fugit hippolytus. Hi famuli:reſpondet phedra neſcio quo iuerit:famuli iſti qui fugientem uiderunt poterunt tibi dicere.

PRoh ſancta : exclamat Theſeus unde ſit tanta calamitas in domo ſua & ſermonem ſuum uertit ad neptunum. Secundum regnum: ſcilicet maris quod contingit neptuno. Lues : peſtis & calamitas.
Hũc:ſolent mores nutricationi cõformari : unde dicit iſte nutritus fuit in græcia ubi inuenti ſunt boni mores. Taurus:mons de quo ſupra diximus. Phaſis: fluuius eſt colcorum. Redit:quia natus eſt de amazone matre:uult eſſe ſimilis ferinis moribus. Genus : ſoboles. Redit ad auctores:ſcilicet parentibus.
DANIEL. Mors optima eſt : glorioſum putabant antiqui lachrimoſum funus.quin eos etiã cõducebãt qui funus lachrymis & ficto gemitu comitarent id quod futile & caſſum deputans ſolon teſtamẽto legaſſe traditur. Nemo me lachrymis decoret : neq; funera fletu faxit quod Cice. repetit in catone maiore & Valerius maximus: Tradit in funere ſparſas lachrymas deos non facili iniuria laceſſere.in hãc ſententiam cadit etiam phaleris aſtypaleus ad filias Steſichori poetæ:conſolans ipſas & prohibens a lachrimis tanq̃ a re inani & ſtulta. ἐφῶγε τὸ πένθοσ φέρεσθε ὀυ γαρ δυσκρύεσθαι τάσησι χόρου πρέπον ἀλλὰ ὑμνεῖσθαι. Altrix : nutrix quæ a græcis τροφὸσ ſiue τίθηνη dicitur ab uerbo τιθηνέω quod eſt lacto.alere tamen commune eſt apud nos omnium animantium. nutrire hominũ cæterum alternari ſolent. Noſtra dependet domus : paſiphae ſolis & creteſ nymphæ filia peperit Minoi filios Lycaſti. Deucalionem. Creteum. Androgeum. Ariacnam. & Phædram. Gentis acteæ:ideſt athenienſis:& caue ponas t.ante.t.ſed.c.ut lycophron græcus poeta inuit : apud quẽ caſtor & polux ἀκτέων λυικοι appellantur. Euſtathius idem confirmat.Plinius & gellius aſtipulantur. Proh ſancta pietas:Conſternatus & attonitus horridi facinoris imanitate Theſeus prorumpit in Efferum & graue epiphonema deteſtans prius hippolytum mox cruentæ pœnæ ac miſerandi ſupplicii illum damnans & reum faciens. Redit ad auctores:non eſt noſtri ſanguinis hippolytus ſed barbarus. hunc uere immanis concepit amazon.hunc recte cenſeas ſanguinariæ ſtirpis nepotem degenerem.

The. Néo iſtud alíus me qdẽ excepto au-
Aures pudicas cóiugís ſolas tímes (diet
Effare:fido pectore arcana:oculam.
Phe. Alium ſilere quod uoles prius ſile.
The. Lethí facultas nulla continget tibi.
Phe. Mori uolẽti deeſſe nunq̃ mors põt.
The. Quod ſit luẽdũ morte delictũ idica
Phe. Quod uiuo.
The. Lachrimæ nõ ne te noſtræ mouent?
Phe. mors optia ẽ pire lachrimãtib9 ſuís:
The. Sílere pgit:uerbere ac uinclís anus
Altrixq; prodet:qcquid hæc fari abnuít.
Víncite ferro:uerberum uís extrahat
Secreta mentís.
Phe. Ipſa íam fabor:mane:
The. qd nã ora auertís mœſta: & lachrías
Subíto abortas ueſte p̃tẽta obtegis:(gẽis
Phe. Te te creator cælitũ teſtẽ ínuoco:
Et te coruſcum lucis æthereæ íubar.
Ex cuíus ortu noſtra dependet domus.
Tentata precíbus reſtiti: ferro ac mínis
Nõ ceſſít animus:uím tamẽ corpus tulít.
Labem hãc pudorís eluet noſter cruor.
The. quis:ede: noſtrí decorís euerſor fuít
Phe. Quem rere mínime.
The. quís ſit:audire expeto
Phe. Hic dícet enſís:quẽ tumultu terrít9
Líquit ſtuprator:ciuiũ accurſum timens.
Th. qđ facin9:heu me:cerno:qđ mõſtrũ
Regale paruís aſperũ ſignis ebur (ítuor
Capulo refulget:gentís acteæ decus.
Sed ípſe quo nam euaſít.
Phe. hí trepidum fuga
Vídere famuli celerí concítum pede.

The. loquitur.

PRoh ſcã píetas:ꝓh gubnator polí
Et quí ſm̃ fluctíbus regnum tenes
Vnde íſta uenit generís ínfandí lues?

BER. Refert:imitatur. Est prorsus:amazones uidẽtur odio habere uenerẽ:& certo tpe uadunt ad finitimos populos quibus corpus suũ ad omnẽ libidinẽ uulgare nõ pudet:eo modo est usus hippolytus longa castitate: & nũc incepit ab uxore patris sui. Armigere:amazonũ. Fœdera ueneris:legittima cõiugia. Castũ diu: longo tẽpore intactũ. O tetrũ genus:o mala proles. Nõ uictũ:nõ moderatũ moribus. Melioris soli:terræ aptioris ad uirtutẽ:ut uolũt philosophi:ẽm climata sunt diuersi influxus gentiũ:in alio loco sunt crudeles:in alio mites & pacati. Fereq;:ut refert Ply.in.viii.Bruta aialia duce natura quẽdã pudorẽ habent ueneris sicut leones & equi q dicunẽ nõ cõmisceri cũ mr̃e. Inscius:sine rõne:qa equus nõ cognoscit uerecundiã rõne sed natura. Vbi: indignatiue dolet theseus hippolytũ suũ fuisse mutatũ. Vultus:scilicet seuerus. Horrẽs:incultus. Prisca: qui imitabaẽ primã etatem auream. Triste seniũ: graue & seuerũ: in aspectu & moribus uidebaẽ ferre grauitatẽ senilem. O uita fallax: difficilimũ est cognoscere secreta hominũ. Abditos:occultos. Pulchrã faciẽ:apparentiã:animus interdũ contaminatus est interius & foris ostendit magnã uirtutẽ. Probant: laudant ueritatẽ qui uolũt dicere. Molles.delicati. Dura: fortia. Siluarum:ita est filius meus qui ostendebat se pudẽtem castũ & seuerum. Rudis: inexpertus malo. Ordiri uirũ:incipere ostendere te uirum esse nõ curasti hucusq; de mulieribus:& nunc incepisti ab uxore mea. Iam iam: ago gratias diis quod antiope mater tua interempta sit a me qa si eam reliquissem tibi descendens ad inferos idẽ fecisses illi quod fecisti phœdræ. Icta:percusa:nã a theseo fuit interfecta per iurgiũ. Stygia:antra ad infernum. Profugus: fuge quo uis:si nõ sequar te pedibus:prosequar uotis & imꝑcationibus donec des pœnas. Dirimat: disiungat si fugeris ad meridiẽ ubi sunt antipodes oppositi pedibus nostris.

Plagis:per occeanũ interpositum. Obuersum:oppositũ nobis. Licet abditus:absconsus: q̃uis fugias ad septẽtrionem sub polo arctico ubi est regio inhabitabilis ꝓpter frigora. Celsi: quia supra nos:alter est sub nobis antarticus.

Boreæ:uenti congelantis niues. Pertinax premã:nõ desistens urgebo te quocunq; iueris. Emetiemur: transibimus. Inuia:ubi nõ sunt uiæ tritæ. Huc: quo non potero mittere tella mea mittã imprecationes. Scis unde: tu scis me redire ab inferno ideo nõ mireris si dicam mala:uel aliter cum illud factũ sit ex gratia dei ut redierim qui mihi tria uota concedere promiserat: primum dicunt quando Theseus natus erat in troezone & uellet ire athenas:erant phædones:ibi petiuit ut perderentur:& hoc fuit primum uotũ. Secundum quando ingressus:est labyrinthum in creta: ut inde posset redire:tertiũ erit de morte tua. Genitor equoreus:neptunus.

Hũc graia tellus aluit?an Thaur9 scythes:
Colchusq; phasis:redit ad auctores gen9.
Stirpẽq; primã degener sanguis refert.
Est prorsus iste gentis armigeræ furor:
Odisse ueneris fœdera:& castum diu
Vulgare populis corpus:o tetrũ genus.
Non ulla uictum lege melioris soli:
Feræ ipsæ quoq; ueneris euitant nefas.
Generisq; leges inscius seruat pudor:
Vbi uultus ille?& ficta maiestas uiri:
Atq; hit9 horrẽs:prisca & ãtiqua appetẽs:
Morũq; seniũ triste & aspectu graue:
O uita fallax abditos sensus geris:
Animusq; pulchrã turbidus faciẽ induis.
Pudor ipudentẽ celat:audacẽ quies?
Pietas nefandũ:uera fallaces probant.
Simulantq; molles dura:siluarũ incola
Ille efferatus:castus:intactus:rudis:
Mihi te reseruas:meo primum thoro
Et scelere tanto placuit ordiri uirum:
Iam iam superno numini grates ago.
Quod icta nostra cecidit antiope manu.
Quod nõ ad antra stygia descẽdẽs tibi
Matrem reliqui:profugus ignotas ꝓcul
Percurre gentes:te licet terra ultimo
Sũmota modo dirimat occeani plagis:
Orbẽq; nostris pedibus obuersum colas.
Licet in recessu penitus extremo abditus
Horrifera celsi regna transieris poli
Hiemesq; supra positus & canas niues
Gelidi fremẽtes liqueris boreæ minas.
Post te furẽtes sceleribus pœnas dabis
Profugũ per oẽs ꝑtinax latebras premã
Longinqua:clausa:abstrusa:diuersa:inuia:
Emetiemur:nullus obstabit locus.
Huc uota mittã:tela quo mitti haud q̃ũt.
Scis unde redeã?genitor æquoreus dedit

DANIEL. O tetrũ genus: o inhumanã & ꝑditã stirpem amazonũ quã mitior lex nunq̃ potuit flectere.uitãt fere illicitos cõcubitus nisi quos iura naturæ concedunt. Vbi ille uultus:ubi illa tristis in frõte seueritas:ubi ille rigidus & simplex pudor.ubi horridus ille & siluestris ornatus. ubi graue illud & censoriũ supciliũ.nullũ genus hominũ sustinet terra peius his qui simulata quadã simpliditate uultus & cultus alũt ĩtus uenenũ & fel:a quo genere me defendat & seruet deus optimus maximus tanq̃ a fascino & cõtagiosa peste.has megeras & rapaces lycaonas:ut decet & par est ornat Martialis: Amator ille tristiũ lacernarum: Et beticatus atq; leocopheatus fuscos colores galbanos hẽt mores. Sed spectat oculis deuorãtibus draucos: Nec ociosis Mẽtulas uidet labris. Antiope cecidit nostra manu:me nũc iuuat iterfecisse matrẽ tuã quã poteras:si uixisset icesta te:cõtra scribit Plutarchus ut superius aduertimus.discors est etiã hic Seneca cũ Euripide qui inducit uenerẽ indicantem hippolitum filium extitisse hippolytes amazonis. ὁ γαρ μεθησεως παις αμαζονος τοκος. λέγει κακηϛην &c.exponit interpres hippolytes non Antiopes.

BER. Concipiam:eligam. Prono:fauente. Sanxit:confirmauit. Munus: hæc tria uota. Styge inuocata: scilicet in iusiurandum. Donum triste: ad mortem hippolyti. Non cernat:moriatur. Parẽs: neptune pater quem tenebat pro patre:nam filius erat ægei. Abominandam:quia pater contra filium. Nunꝗ supremũ: ultimũ. nã duo de tribus uotis perfecta erant: restabat tertium. Cõsumaremus:compleremus. Munus: nisi fuisset tantum scelus tu scis dum in inferno eram:nolui facere uotum sed reseruaui mihi hanc gratiam ad aliam necessitatem. Peperci uoto:non feci uotum. Pactam:quam pepigisti. Moraris: tu tardas. Subtexe: occulta & tege. Noctem:obscuritatem. Eripe:ne uideamus lucẽ. Cie: commoue. Vulgus:omnia monstra marina.

Magna parens:chorus cõqueritur de gubernatiõe mundi ꝙ deus & natura uidentur negligere genus humanum. nos uidemus hyemẽ & estatẽ ẜm cursum suum:& homines uidentur regi fortuna ut malis dentur bona & aduersa bonis: Hippolytus falso accusatus a patre deuotus est imprecationibus:& ita loquens nuncium festiuũ uidet qui mortem hippolyti afferebat & sic dabit principiũ quarti actus:uersus est anapesticus qui aliquãdo dimeter: aliquando monometer est quando duos pedes habet. Rapis:circũuoluis. Cito mundo: cælo uoluto & accelerato. Vagos:instabiles. Versas:frequenter uoluis. Cardine:motu:cardo est super quod uoluit porta. Cur tibi:unde est quod habes tantam curam ut partes anni succedãt uicissim: & non ꝙ homines habeant ordinem. Cane: albicantis:quia sunt pruinæ. Nudent:quia tunc folia cadunt. Arbustis:ubi sunt multæ arbores: & intelligit uer. Leonis:intelligit æstatem. Coquant:torreant fruges. Temperet:intelligit autũnum:qui temperat calores. Sub quo: sub cuius potestate. Pondera: sub quo uoluuntur cœli & omnia. Librata:eleuata & ita posita ut nequeant descendere neq; ascendere. Securus:nihil curãs:tu gubernas cœlum & de hominibus minimam curam geris & loquit̃ ẜm epicuream opinionem:tu non reddis merita bonis: nec punis malos. Spargit:non considerãs ubi det:unde dicit cæca. Libido:libidinose.

DANIEL. O magna parẽs:Seuerinus boetius fuit:mea sententia:uir apprime doctus & secretioris philosophiæ penetralibus ad modum attentus & uigil.is libro primo consolationis ualde conqueritur:unde istec in præstantes uiros miseria & calamitas:quod nunꝗ meritis iusta pẽsentur premia: ad quem accedens Seneca ĩducit chorum fortunæ ꝑfidiam hac in re expostulantem:mox qui commendet mirabilem corporum cælestium ordinem & uices alternas anni metrum est dimetrum iambicum pindaricũ extra duos postremos uersus qui constant trimetro iambico euripidico.

Res humanas:crediderunt nõnulli deos non esse sed nũdum gubernari casu & arbitrio fortunæ:ut phalaris tyrannus putat omnia eẽ fortunæ supposita. ταλὲ ἄλλα πάντα τύχη. quod quidem paradoxon uidetur non improbandum cum ubiq; honestentur mali.boni autem contemnantur:ut Iuuenalis inquit.Dat ueniam coruis uexat censura columbas. Hominum securus:contemnis & tergiuersaris ægros mortales: ut neque bonos iuuare neq; rursus uelis malos corripere. Vincit sanctos:pruriunt aliquando & boni τοὺς δικαίους Κύπρη γὰρ ἄλλοτε βάλλει.

Vt uota prono trina concipiam deo.
Et inuocata munus hoc sanxit stygæ:
En perage donũ triste:regnator freti
Non cernat ultra lucidũ hippolytus diẽ
Adeatq; manes iuuenis irato patre.
Fer abominandã nunc opem nato parẽs.
Nunꝗ supremũ numinis munus tui
Cõsumaremus:magna ni premerẽt mala
Inter profunda tartara & ditem horridũ
Et imminentes regis inferni minas
Voto peperci:redde nunc pactam fidem
Genitor:moraris:cur adhuc undę silent:
Nunc atra uentis nubila impellentibus
Subtexe noctem:sidera & cœlum eripe:
Effunde pontum:uulgus æquoreum cie
Fluctusq; ab ipso tumidos occeano uoca.

Chorus loquitur.

Magna parens natura deum:
o Tuq; igniferi rector olympi:
Qui sparsa cito sidera mundo
Cursusq; uagos rapis astrorum
Celerisq; polos cardine uersas:
Cur tibi tanta est cura,perennes
Agitare uias ætheris alti.
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent siluas.
Nunc arbustis redeant umbræ.
Nunc æstiui colla leonis,
Cererem magno feruore coquant.
Viresq; suas temperet annus.
Sed cur idem qui tanta regis:
Sub quo uasti pondera mundi:
Librata suos ducunt orbes.
Hominum nimium ades securus:
Non sollicitus prodesse bonis:
Nocuisse malis.
Res humanas ordine nullo:
Fortuna regit:spargitq; manu
Munera cæca:peiora fouens.
Vincit sanctos dira libido.
Fraus sublimi regnat in aula:
Tradere turpi fasces populus

BER. Populus:qui in cōmitiis eligebat magistratus. Turpi:scelerato: Fasces:magistratus: consuli dabātur duodecim faces:prætoribus sex. Tristis:scelera. Recti:benefactorum suorum. Peruersa: illi qui uolunt bene uiuere spernuntur & abiiciuntur. Vanæ:nihil afferēs fructus. Falsum:quia boni nō sunt præmiati. Sed quid:dat locum sequenti scenæ. Restat:restitit:nam qui cogitat firmat se.

o Sors:famulatus lamentatur nuncius de fortuna sua mala conditio es seruitus cur uocas me ad infandū nuncium. Ne metue:dicit theseus scio ꝙ est mortuus hippolytus:sed dic quomodo res est acta. Erūnis: quare sum assuetus audire & habere multas miserias. Vocem: uellē loqui:sed non possum. Quassam:concussam & disturbatam. Occupat:iacet. Raptor:stuprator. Ordinem: qualiter est mortuus. Vt profugus: dicit nuncius ea quæ precesserunt rem:quæ sunt in re:& quæ post rem facta sunt:in primis quomodo discessit ab urbe. Infesto:turbato. Iugo: ad iugum. Subigit: cogit. Abominatus: ibat accusando patriam quæ tales mores haberet. Ciet:uocat sæpe patrē.
Lora:habenas equorum. Acer:uehemens. Quatit: in signum indignationis. Tumuit:eleuatum est. In astra:hyperbole poetica:amplificatio supra ueritatē. Nullus:nec ille tumor erat ex uentis. Propria:nata ex se non ex uentis.
Pontus:generaliter accipit̄ de omni mari:sed ibi specialiter intelligitur de mari stricto in ingressu helespōti qđ euxinum appellatur. Sinu:faucibus tempestuosis. Choro:uēto collaterali zephiri. Leucatā:leucas teste pomponio insula est iuxta epirum disposita contra sinum ambracium habens montem altissimū. Virg. libro tertio æneid. Mox & leucadii nimbosa cacumina montis: Et formidatus nautis aperitur apollo. Cana:alba ꝑpter fluctus. Aggerem: cumulationem aquarū. Nec ista: nō erat sicut tēpestas quæ solet ire ad naues sed hæc ibat ad terras. Lues:monstrum hoc loco. Grauis:grauida. Sinu onerato: ueniebat curuata unda tanq̄ in gremio aliquid portaret. Cyclas: dicebamus forte exhorta est aliqua insula in medio mari: cyclades in mari egeo sūt.
DANIEL. O Sors acerba:apud Euripidem Angelus.i. nuncius in hæc uerba alloquitur Thesea. o Theseu dolore dignum tibi porto uerbum & ciuibus athenarum & qui habitant arces troezenis hippolitum peremit impetus axis & ꝑces tuæ quas tuo patri fudisti. ηησ ῦ μεριμνησ ἄξνιον φέρωλογον σοὶ καὶ πολίταισ. οἵ τἀθηναίων πολιν ναίουσι καὶ γῆσ τέρμονασ τροιζηνίασ οἰκεῖ οσ αὐτον ὤλεσεν ἁρμάτων ὄχοσ ἄραιτε τοῦ σοῦ ςόματοσ. ἄσ σὺ σῷ πατρὶ πόντου κρέοντι παι λοσ ἠ ράσ ωπερι &c. est autem octauum carmē: Archilochio iambico trimetro. & quintus actus: & est denunciatio mortis hippolyti. Collocutores Nuncius & theseus.
Salo:& salum dicimus: ut Perq; undas superante salo. & sal in neutro genere sed citra multitudinis numerum. ut Et spumas salis ære ruebant. pro mari utrunq;. pro condimento uirilis generis est: Salustius: Neq; salem neq; alia irritamenta gulæ habebant. etiam in neutro protulit: Varro. Tum sal e penu protulit: trahitur autem aqua maris in quasdam fossas ad hunc usum factas:& siccatur sole: quēadmodū uidi sæpius clusii stans uenetiis: & hoc mō conficitur sal. est oppidum in arabia nomine Charræ: ubi muri & parietes sunt e massis salis. Cyclas: genus uestimenti. Iuuenalis: Hæ sunt quæ tenui sudant in cyclade: est item cōmune nomen insularū in ægeo: quod ut placet solino: Sint circulares situs: numero quadraginta.

Gaudet: eosdem colit atq; odit.
Tristis uirtus peruersa tulit
Præmia recti: castos sequitur
Mala paupertas: uitioq; potens
Regnat adulter.
O uane pudor falsumq; decus:
Sed quid citato nuncius portat gradu:
Restatq; mœstus: lugubrem uultū gerēs.

Actus quartus Nuncius & Theseus.

Nuncius loquitur.

o Sors acerba & dura famulat⁹ grauis.
Cur me ad nefādi nunciū cas⁹ uocas.
Th. ne metue clades fortiter fari asperas
Non imparatum pectus erumnis gero.
Nun. Vocē dolori lingua luctifica negat.
Th. Proloq̄re q̄ sors aggrauat q̄ssā domū.
Nū. Hippolyt⁹: heu me: flebili leto occubat.
Th. Natū parēs iā pridē obiisse scio:
Nam raptor obiit: mortis effare ordinē.
Nū. Vt ꝑfugus urbē liquit īfesto gradu:
Celerē citatis passibus cursum explicās:
Celsos sonipedes ocius subigit iugo:
Et ora frenis domita substrictis ligat.
Tū multa secū effectus: & patrium solū,
Abominatus: sæpe genitorem ciet.
Acerq; habenis lora permissis quatit:
Cum subito uastum tumuit ex alto mare
Creuitq; in astra: nullus inspirat salo
Ventus: quieti nulla pars cœli strepit:
Placidūq; pelagus ꝑpria tēpestas agit
Non tantus auster sicula disturbat freta
Nec tam furenti pontus exurgit sinu
Regnante choro: saxa cū fluctu tremūt.
Et cana summū spuma leucatem ferit.
Consurgit ingens pōtus in uastū aggerē:
Tumidū mōstro pelagus in terram ruit.
Nec ista ratibus tanta construitur lues:
Terris minatur: fluctus haud cursu leui:
Prouoluuntur: nescio quid onerato sinu
Grauis unda portat: q̄ nouū tellus caput
Ostendit: astris cyclas exoritur noua.
Latuere nube: numen epidauri dei:

BER. Petre ſcyronides:ſunt de qbus diximus ſupra propinque athenis ſex milibus paſſuum porrecte in memoriā ultoris theſei:quare inde ſyron latro præcipitans tranſeuntes ab eo occiſus eſt:& Ino cum palemone filio illinc ſe præcipitē dedit:unde dicit. Nobiles:famoſæ ꝑpter ſcelus. Epidauri dei.ſ.eſculapii. Terra: hiſtmos de qua ſupra diximus:eſt inter egeum & ionium. Rotat:uoluitur. Cacumen:ſcopulorum uel illius monſtri.

Alternis:mō trahēdo mō uomēdo. Phyleus:mōſtrū quod ſumere & uomere dicit̄ aquas. Capax:multū ſorbens. Refundēs:euomēs. Globus:maſſa rotūda. Soluit. diſſoluit & aperuit ſe. Maius:magis horrendū quā timebamus. Hos:nos qui eramus hic. Quis : interrogat formā monſtri. Habitus:forma. Herculea:deſcribit nūcius formam mōſtri.taurus erat coloris cerulei cū cornibus & duobus pedibus & cauda longa poſt deſinebat in piſcē ſine pedibus. Herculea : q̄lia fuerant tauri quē occidit hercules in Creta:alii legūt cerulea & melius. Iubam: crines in collo. Viridanti:quare aquaticū monſtrū. Stāt : horrēt:ſic Vir. Stant lumina flāmæ. Varius : diuerſus. Quē.ſ.colorē.

Virg.

Dominator:taurus. Sub undis:quare ceruleus eſt. Hic ex una parte. Thoro:pulpas. Opima:pinguis. Hauſtibus:atractionibus. Hiulcis:ab hio:dicitur aliquādo qui hiat:& quod facit hiare: unde fulmen hiulum quod aperit : & terra hiulca aperta. Patulæ:magnæ. Palear : pellis depēdens a collo. Muſco : herba uiridi quæ naſcitur in locis humidis:ut circa paucos. Longū latus: qui habebat longa latera. Spargitur:maculatur ſucco humore rubeo. Tū:præterea. Pone.i.poſt ibi habet uim propoſitionis: aliquando eſt aduerbiū quādo ponitur ſine caſu. Facies : ultima pars monſtri. Piſtrix:Plyni.xxvi.lib.inqt:Tritones piſtriceſq;: monſtrū eſt aquaticū tantæ magnitudinis:ut abſorbeat naues & euomat. Reddit:euomit. Immunis metus:nihil timens. Arctis:ſtrictis. Notæ:conitæ per equos. Ortatu : cū uideret territos equos ortabatur eos. Eſt alta:hactenus dixit quæ ante rem facta ſunt:nunc quæ in re: quomodo mortuus eſt hippolytus. Alta:mōtana. Ad argos: uerſus argos. Ruptis:exeſis. Suppoſiti:īferioris:ſuppoſiti illi uiæ mōtanæ. Moles:illud monſtrū. Hic:in hoc ſcopulo.

Ply.

Acuit:icitat: ut cōtra currū hippolyti uehemētior ueniret.

Pretentans:experiens an haberet ſatis ire. Preluſit.proludium fecit antequam ueniret ad uerum certamen. Prepeti:ueloci. Summam humum:ſuperficiem terræ. Stetit: firmauit.

DANIEL. Scyronides:acticis finibus imminent : eſt uia ſuper eas in acticam atq; megara ab Iſthmo ducens . adeo autem propinquat petris uia ut immineat præcipitium uiatori . a latrone nomen acceperunt qui illic inflexis pinibus hoſpites medios ſcindebat cruribus hinc inde ad curuata arborum cacumia alligatis: Meminit Strabo libro nono:& Plutarchus in theſeo:& appollonius in ſecundo : hunc totū locū trāſtulit de Euripide:Seneca : Ne pigeat lector cādide q melius noſti hæc oia q̄ ego.legere & paululū morari. ὡσ τἀφηρέθη σκείρονοσ ἀκτὰσ, ὄμματ' οἱ μὸν εἰσορᾶν ἐνήρυπτε δ' ἰσθμὸν. καὶ πέτρασ ἀσκληπιοῦ. κἄπει τ' ἀνοιδήσαντε καὶ πέριξ ἄφρον. poſſet op iſto grapham papyrum facere ſi quicquid in h ac parte tranſtulit:Seneca de Euripide uellem proſequi. Piſtrix : pro naui piſtrix dicitur.r.imediate ſequente.p.at pro monſtro quidam uolunt contrarium quod probo. Eſt alta &c. moderanti currum hippolyto uenit obuius taurus agræſte monſtrum : cuius mugitu tota terra īpleta eſt horribilis uoce horribile aſpectu.ſtatim pulis grauis īcidit pauor.locus ad uerbum ſumptus de hippolyto Euripidis. κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον ἄγριον τέρασ οὗ πᾶσα μὲν χθὼν φθέγματοσ πληρουμένη &cætera.

Strabo

Et ſcelere petrę nobiles ſcyronides:
Et quæ duobus terra cōprimitur fretis.
Hæc dū ſtupētes querimur: en totū mare
Immugit:oēs undiq; ſcopuli adſtrepūt.
Summum cacumen rotat: expulſo ſalo
Spumat uomitq; uicibus alternis aquas.
Qualis per alta uehitur occeani freta:
Fluctus refundens ore:phyleus capax.
Inhorruit cōcuſſus undarū globus.
Soluitq; ſeſe:& littori inuexit malum
Maius timore:pontus in terras ruit
Suūq; mōſtrū ſequit̄ hos quaſſat tremor.
The.Quis habitus ille corpis uaſti fuit:
Nū.cęrulea taurus colla ſublimis gerens:
Erexit altam fronte uiridanti iubam.
Stāt hiſpidæ aures cornibus uarius color
Et quē feri dominator habuiſſet gregis:
Et quē ſub undis natus:hic flāmā uomit:
Oculi hinc lucent:cęrula inſignis nota:
Opima ceruix arduos tollit thoros:
Nareſq; hiulcis hauſtibus patulę fremūt.
Muſco tenaci pectus aut palear uiret.
Longū rubenti ſpargitur ſucco latus.
Tū pone tergus:ultima in mōſtrū coit
Facies:& ingēs belua īmenſam trahit
Sqamoſam partē: talis extremo mari:
Pyſtrix citatas ſorbet aut reddit rates:
Tremuere terræ:fugit attonitum pecus
Paſſim per agros:nec ſuos paſtor ſequi
Meminit iuuencos : omnis e ſaltu fera
Diſceſſit:frigido exanguis metu
Venator horret: ſolus immunis metus
Hippolytus arctis continet frenis equos:
Pauidoſq; notæ uocis hortatu ciet.
Eſt alta ad argos collibus ruptis uia:
Vicina tangens ſpatia ſuppoſiti maris:
Hic ſe illa moles acuit atq; iras parans:
Vt cæpit animos ſeſeq; prætentans ſatis
Præluſit ire:præpeti curſu euolat:
Sūmāq; citato uix gradu tangens humū

BER. Timuit:indignata medea ꝙ iaſon illam lelique-rit propter timorem creontis,& Acaſti regis theſſaliæ: unde dicit ſibiipſi ſi me amaſſet non,me reliquiſſet. nam uerus amor neminem timet. Sed ceſſerit:pone ꝙ timuerit: ſaltē debebat uenire ad me:ut ſeipſum expurgaret : potuiſſetq; impetrare plures dies a Creonte ne diſcederem:quēadmodum ipſa impetrauit tantum unam diem:quæ tamen ſatis erit ad uindicandum me. Coniugem:ſcilicet me. Ferox ſcilicet iaſon. Laxare:prolongare:tempus. Immitis:fugæ exilii crudeliter mihi inditi. Genero: iaſoni cui nulla repulſa potuit dari a creonte. Vnus dies: ut complecterer natos priuſq̄ diſcederem. Deos:ſcilicet per incantationes:

Sola:nunquam quieſcam:immo ero contenta ſi uidero omnia in ruinam dari mecum. Tutus:quia nemo ſine periculo aggreditur potentes.

Dura:nunc altera pars iaſonis exeuntis ad conſolandum medeam:& dolet ꝙ cogatur eam deſerere. dicens quando uolui liberari a tauris & dracone coactus ſum iurare ne perirem me habiturum:medeam in uxorem. nunc autem neceſſe eſt aut moriar aut obtemperem Creonti. ſed deos teſtor ꝙ non id facio propter mortē meam ſed propter filios meos. Fata:ſcilicet mea. Sortē: conditionem fortunæ meæ. Ex equo:equali ſemper mihi iniqua. Peiora:quia peius ſequtum fuit ex liberatione mea & hæc ſe cum loquitur iaſon. Coniugis: medeæ quæ me liberauit. Fide:quam promiſi medeæ. Virū:ſcilicet fortem qui mortem non timet. Pietas:amor in filios. Vicere:excuſat ſe:nam filii ſui fecerunt hoc amore ſuo: ut deſererem medeam ut ſuperſtites eſſent. Parētem:ſcilicet me.

Quin ipſa:ſcilicet medea:mater. credo ꝙ ipſa potius uelit deſerere me q̄ uidere mortem filio. Male: potius uelle conſulere natis. ideſt ſeruare uitam filiorum q̄ frui thalamis meis. Aggredi:alloqui deliberaui adire illam. Exiliuit ſo ras uenit ad me. In uultu:quo monſtrabat totam paſſionem animi. Fugimus:furibunda aggreditur iaſonem.

Cauſa fugiendi:a patre propter amorem tuum :iterum de theſſalia propter peliam quem interfeci pro te: nunc autem coacta & deſerta a te. Ad quos exprobrat beneficia: uis redeam ad patriam quam totam uiolaui propterte.

Reuexi:reduxi. ſoſpites reges qui tecum erant in agro.

Adulterum:ſcilicet te.

DANIEL. Adire certe &c. non ſine ſtomachatione : & graui ſugillo ipſius iaſonis iſtec repetit Medea : præſertim affinitatis nomina & maritalis uinculi. Coniugem: quam decepit. quam reſpuit nulla cauſa. Genero:potius mæcho. Liberis unus dies:dixit Creon. unus parando dabitur exilio dies. Non queror:non eſt terēdum lachrymis tempus quod mihi per q̄breue relictum eſt. Si uellem fidem:nō temere iaſon reliquit medeam quam æque ac parentem ſuum deceperat:ſeipſum poſſe ſuſpicabatur aliquādo etiam decipere. Meritis coniugis:nō poſſem medeæ erga me beneficia ullo merito perſoluere niſi morere: ergo ut caream morte carebo fide. Fugimus:in fugam trudimur. Pro te:nunc pro ſocia tua. ſed tacuit dolore. Patrium regnum:urbem æææam de qua apollonius meminit & Homerus. unde dicta circe ææa non ut ſomniat quidam a nauigantium clamore. Phaſim: fluuium patrium phaſis clariſſimus ponti fluuius oritur in moſchis & nauigatur quālibet magnis nauigiis. Hippus & Cyanus uaſtiſſimi amnes in eum cadunt & faciunt maximum. Mela & Plinius in ſeptimo Colchorum regio in ſcythia. ut teſtatur Strabo.

Timūit creōtem:& bella theſſalici ducis.
Amor timere neminem uerus poteſt.
Sed ceſſerit cōuictus & dederit manus :
Adire certe & cōiugē cxtremo alloqui
Sermōe potuit:h° quoq; extimuit ferox:
Laxare certe tempus immitis fugæ
Genero licebat:liberis unus dies
Datus duobus:non queror tēpus breue:
Multum patebit:faciet:hic faciet dies:
Quod nullus unq̄ taceat:inuadam deos
Et cūcta quatiam. Nu. Recipe t̄batū
malis hera pect⁹ aium mitiga.
me. Sola ē qes:me cū ruia cūcta ſi uidero
mecū habeāt cūcta ahēre cū pereas libet.
Nu. Quā multa ſint timēda:ſi pſtas uide.
Nemo potentes aggredi tutus poteſt.

Iaſon medea. Iaſon loquitur.

Dura fata ſemper:& ſortem aſperā
Cū ſæuit & cū parcit ex ęquo malā:
Remedia totiēs iuenit nobis deus
Periculis peiora:ſi uellem fidem
Præſtare meritis coniugis:letō fuit
Caput offerendū:ſi mori nolim: fide
miſero carendum eſt: nō timor uicit uiꝝ.
Sed trepida pietas:qppe ſequeret̄ necem
Proles parentum: ſancta ſi cœlū incolis
Iuſticia numen inuoco ac teſtor tuum.
Nati parentem uicere:quin ipſa quoq;:
Et ſi ferox eſt corde:nec patiens eſt iugi:
Conſulere natis male q̄ thalamis reor.
Cōſtituit animus precibus iratā aggredi.
Atq; ecce uiſo memet. exiluit. furit.
Fert odia pręſe:totus in uultu eſt dolor:
Me. Fugim⁹ iaſon:fugim⁹ hoc nō ē nouū
mutare ſedes:cā fugiendi noua eſt.
Pro te ſolebam fugere:diſcedo:exeo:
Penatibus profugere quam cogis tuis:
Ad quos remittis:phaſim & colchos petā
Patriumq; regnū:queq; fraternus cruor
Perfudit arua:quas peti terras iubes:
Quæ maria monſtras:pōtici fauces freti:
Per quas reuexi nobiles regum manus

BER. Per symphlegadas:sunt teste pli.in.iiii.&.vi.natu.histo.scopuli:uel ꝑm Pomponiū in secundo duæ insulæ helesponti cōtra thracium bosphorū mille qngentis passibus ab europa distantes:quas nōnulli ex poetis nostris etiā cianeas uocauerunt. Has Oui.i.xx.meta.li.mobiles.primū fuisse:sed postea imobiles factas dixit. Timuit cōcursibus argo undarum sparsas symphlegades elisarum quæ nunc imote pstant uētis resistūt. Nec das:quia oio erā exul. Regius gener:hironice.Iason gener creontis. Pellicē.s.tne. Minora:nā maiora merētur scelera mea. Ingratū caput:nunc caput hironiā exprobrando beneficia sua iasoni. Halitus:spiritus. nā tauri qui erant ad custodiā aurei uelleris naribus & ore flāmas euomebant. Armifero in aruo:ubi debebant nasci armati hoies ex dentibus serpentis qui in auctorē seminis arma contulissent. Pecus:tauros intellige. Hostis subit:subito ex terra nati. Mutua:nam mutuis uulneribus sese interfecerunt.

Adulterū secuta per symphlegadas.
Paruā ne colchon:thessala an tēpe petā?
Quascūq; aperui tibi uias:clausi mihi.
Quo me remittis? exuli exilium imperas
Nec das:eatur:regius iussit gener
Nihil recuso:dira supplicia ingere.
Merui:cruentis pelicem pœnis premat
Regalis ira:uinculis oneret manus:
Clausamq; saxo noctis ęternæ obruat
Minora meritis patiar: o ingratū caput
Reuoluat animus igneos tauri halitus
Interq; sæuos gentis indomitæ metus
Armifero i aruo flāmeum æete pecus:
Hostisq; subiti tela:cum iussu meo
Terrigena miles mutua cæde occidit.
Adijce expetita spolia phryxi arietis:
Somnoque iussum lumina ignoto dare
Insomne monstrū.traditū fratrem neci:
Et scelere in uno non semel factū scelus:
Iussasq; natas fraude deceptas mea
Secare membra non reuicturi senis:
Aliena sequens regna.deserui mea.
Per spes tuorum liberum & certum larē:
Per uicta mōstra:per manus pro te quib9
Nunq̄ peperci:perq; preteritos metus.
Per cœlum & undas coniugii testes mei:
Miserere:redde supplici fœlix uicem.
Ex opibus illis quas ꝓcul raptas scythæ
Vsq; a perustis indiæ populis petunt.
Quas referta uix domus gazas capit:
Ornamus auro nemora:nil exul tuli
Nisi fratris artus:hos quoq; impendi tibi
Tibi patria cessit:tibi frater:pater:pudor
Hac dote nupsi:redde fugienti sua.
Ia. Perimere cum te uellet ifestus creo:
Lachrymis meis uictus exilium dedit.
me Penā putabā.munus ut uideo ē fuga.
Ia. Dū licet abire profuge:teq; hinc eripe:

Arietis:quē marti phryxus sacrauit:eiusq; pellē e fago appendit. Monstrū:draconē peruigilē. Fratrē:absyrtū quē i frustra dissecui apud thomos. In uno scelere.s.cū sequerer te multa scelera simul feci. Iussas:natas.filias peliæ patrui tui quē filiabus occidendū præbuit illius regno potireris. Senis:peliæ:quē illo modo reuirescere putabant. Per spes:deprecatur modo iasonem per res sibi gratissimas & ꝑ ea pericula quibus ipsum liberauit. Certū larem: domū sibi certam non habeo:ut tu certam domum: unde necesse ē me uagari:& ita mouetur misericordiam. Peperci:quas semper exercui contra monstra pro te & in omni scelere.

Testes:quia adiurasti mihi coniugium per deos cœlestes & marinos. Vicem:merita mutuū amorem. Ex opibus: uides me desertam in maxima ifœlicitate.educata fui i domo referta diuitiis:& nihil exportaui nisi fratrem paruulum quē pro te morti tradidi. Scyte.in quibus sunt colchi. Petunt:uadūt ad accipiendum usq; ad ultimos populos. Capit:uix potest tenere ꝓpter copiā. Ornamus:hoc dicit propter pellem auream quæ pendebat arbori. Cessit:uicta fuit:nam pro te deserui eam. Redde sua.s.patriam & integritatem meam quā pro te amisi. Pœnam: putabam exiliū esse pœnam:sed est beneficium ut tu dicis.

DAN. Reuoluat:cogitet.recolat aīus tuus igneos taurorū hanelitus quos apollonius dixit ζόματι φλόγα φυσιοῶντε &c. Halitus:spiritus spiritum recipit licet sit nostra nox. Armifero in aruo:innouali reddente non fruges sed arma.æetes alloquitur in hæc uerba iasonem iuxta apollonium.hospes tu iungens tauros impelles i campum martis quadratum quem scindens aratro ad profundū nō iacio in sulcis semen sed serpentis perniciosi dentes exeuntes in corpora armata quæ irruens domo mea hasta. Mane iungo boues & quiesco in crepusculo ipso a messe tu si p feceris talia eo die auferes uelus ad regis.aliter non darem ne spera. αὐτῆμαρ τόδε κῶας ἀποίσεαι εἰς βασιλῆος.πρὶν δέ κεν οὐ δοίην.μὴ δὲ ἔλπεο &c. Arietis:portatus est ab ariete phryxus.conuenit cum apollonio Cæterum:non arietem fuisse sed ouem naso affirmat.phryxeam periit pelias arbor ouem. Monstrum: peruigilem intelligit draconem custodem pellis aureæ quem in uertice caucasi terra peperit iuxta petram in qua iuppiter typhaona fulminauit.percussus enim typhaon postea uix potuit peruenire ad portum nomine Serbonida ubi adhuc stridēs iacet.Serpēs uero appositus ad custodiam uelleris:quē serpentē una cū tauris māsuefecit ueneno qđ uocant prometheium in phoriamo diu conditū. Scythæ.i. colchi παρά τὸ σκυθώ dicti sunt scithæ qa sunt asperi & imanes populi de qbus satis & sup dictum est alio in loco. Sua:idest teipsum. Pœnam: correctio est.

EBR. Hoc ſuadens:quod mihi ſuades fugã nõ facis pro bono meo ſed amore creuſæ a qua pellicẽ.ſ.me uis amoue re. Cedẽ.ſ.peliæ & fratris. Q uodcũq;:nã fuiſti cã oĩum ſcelerũ quæ feci. Reſtat:tu uis ut dicar ſceleratus pp ſcele ra tua. Tua tua:cõduplicatio idignabunda. Cui ꝓdeſt: il le cuius cã ſit ſcelus & mali dat cauſam:hic eſt ſceleratus ap pellandus. Oẽs:ſi me oẽs accuſarent tu ſolus deberes me tueri. Tibi innocens:qñ quis eſt noces cauſa tua:illum ſem per debes excuſare non aũt criminari. Ingrata : non uellẽ uiuere:cũ me uitam a te accepiſſe pudet. Retinenda: po tes te occidere. Placare:placeris propter filios depone fu rorẽ & recede. Abdico:renunciare ẽ abdicare apud hiſto ricos qñ quis renũciat magiſtratui. Creuſa:dabit idignati ue:creuſa pariet ex te:& faciet fratrẽ meis filiis. Regina: hoc erit glorioſũ ꝙ regina pariat fratres natis exulũ .ſ. mei & tui q ſumus exules. Nõ ueniat:nunq̃ poſſit eſſe illa dies ut hæc pariat filios & miſceat genus ſolis cũ ſanguine ſcele rati ſiſyphi qui rex fuit corinthi.ipſa autẽ medea erat de ge nere phœbi. Scelus:etiã pro me deberes facere oẽ ſcelus. Hinc rex:quid poſſem facere exul iter duos reges.ſ.achaſtũ theſſaliæ regẽ & creontẽ corinthi. Eſt edic.ſ.i me ipſa:ap poſitiue maior metus quã rex creo. Sine:dimitte me certa re:& ſi uicero ut habeã te maritũ meum. Infra me:qa oẽm fortunam ſemp ſuperaui. Achaſtus:demõſtrat periculum achaſtus filius peliæ perſequit̃ nos & creo hẽt nos inter ſua mœnia. Vtrunq;:nõ peto ut ſocerũ aut patruelẽ achaſtũ i terficias:ſed mecũ fugias. Creo atq; achaſtus: õe ꝙ illi re ges iungãt arma & cũ illis ueniat œtha & colchi:oẽs medea demerſos dabit.i.proſternet. Ne cupias:nõ facis ꝑpter ti morẽ:ſed ꝑpter cupiditatẽ regni. Suſpecta:ne collocutio mea ſuſpitionẽ faciat creonti. Nunc ſũme:indignata me dea ꝓcat iouẽ ut fulminet. Ruptis nubibus:nã fulmẽ emit tit̃ fractis nubib9. Nec diligẽti:nõ oportet cõſiderare quẽ ferias:nõ potes errare:nam uterq; noſtrum eſt nocens.

DAN. Grauis ira:iuxta illã ſententiã. χαλεπὴ μὲν γὰρ ὀργὴ βασιλῆος. Phœbi nepotes:æetes pr̃ medeæ filius fuit ſolis & perſeidos nymphæ:ut in theogonia canit heſiodus & ex idia medeã & calciopen genuit:ut tradit he ſiodi iterpres & cõfirmatũ apparet ex apollonii auctoritate i ſecundo argonauticon. ἐκ λαῶν τῇ εἰλύατο ... χαλκιόπης ἀΐουσα &c.& homerus in odiſ ſea ꝑcurrit. Siſyphi:ſiſyphus eoli filius iſthmon latrocini is occupabat.iſthmos ante m ſub imperio poſtea fuit cre n tis filii ipſius ſiſyphi & parentes glauces quæ alio nomine dicta eſt creuſa. Intra me ſtetit:mihi ſemper fauit & mecũ ſterit. Propior:uicinior achaſto. Inquines:cruentes. cuni re ſtercus facere antiqui dixerunt inde inquino polluo ſcri bit Pompeius. Demerſos dabo:ſi non ſufficiunt Creõ & Achaſtus contra nos.ueniant etiam iunctis copiis cũ Cre onte.Ipſe æeta & ſcythæ.omnes una perimam & demer ſos dabo. Amputa:uerbis compendium fac. Nubibus ruptis:contagio nimii humoris ex ſuperiori circulo atq; ar doris ex ſubiecto expuitur ignis.ideo iuppiter fertur iacula ri fulmina a græcis τερπικέραυνος ζεύς. Homerus & Plinius tradunt.

Grauis ira regum eſt ſemper.
Me.Hoc ſuadens mihi:præſtas creuſæ.
Pellicem inuiſam amoues.
Ia.medea ãores obicis.me.Et cedẽ & doloſ
Ia.Obicere crimẽ qđ potes tandem mihi.
Me.Q uodcunq; feci.
Ia.Reſtat hoc unum inſuper:
Tuis ut etiam ſceleribus fiam nocens.
Me.Tua illa:tua ſũt illa: cui ꝓdeſt ſcelus
Is facit:oẽs coniugem infamem arguant:
Solus tuere:ſolus inſontem uoca.
Tibi innocens ſit quiſquis eſt ꝓ te nocẽs.
Ia.Ingrata eſt uita:cuius acceptæ pudet:
Me.Retinenda nõ ẽ:cuius acceptę pudet
Ia.Q uin potius ira cõcitum pect9 doma:
Placare natis.
Me.Abdico.abiuro: abnuo:
Meis creuſa liberis fratrem dabit:
Ia.Regina natis exulum aflictis potens.
Me.Nõ uẽiat unq̃ tã malus miſeris dies:
Q ui ꝓle fœda miſceat prolem inclytam:
Phœbi nepotes ſiſyphi nepotibus.
Ia.Q uid miſera me teq; in exitiũ trahis:
Abſcẽde q̃ſo.Me.Supplicẽ audiuit creon
Ia.Q uid facere poſſim loquere:
Me:Pro me uel ſcelus.
Ia.hic r̃x & illic ẽ.Me.ẽ & hic maior met9
Medea:nos cõfligere certemus ſine
Sit preciũ iaſon.Ia.Cedo defeſſus malis:
Et ipſa caſus ſæpe iam expertos time.
Me.Fortuna ſemp omnis intra me ſtetit.
Ia.Achaſtus iſtat:propior ẽ hoſtis creon
Me.Vtrũq; ꝑfuge:nolo in ſocerũ manus
Armes:nec ut te cæde cognata inquines.
Medea cogit:innocens mecum fuge.
Ia.Et qs reſiſtet gemina ſi bella ingruant:
Me.Creo atq; achaſtus arma ſi iũgẽt ſua.
His adice colchos:adice æetam ducem:
Scythas pelaſgis iũge demerſos dabo.
Ia.Alta extimeſco ſceptra.
Me.Ne cupias uide:
Ia.Suſpecta ne ſint:lõga colloqa ãputa.
me.Nunc ſũme toto iuppiter cœlo tona:
Intende dextrã:uidices flammas para.
Omneq; ruptis nubibus mundũ quate.
Nec diligenti tela librentur manu:
In me uel iſtum:quiſquis e nobis cadet

Nocens peribit:non poteſt in nos tuum
Errare fulmen. Ia.Sana meditari incipe:
Et placida fare:ſi quid ex ſoceri domo
Poteſt fugam leuare:ſolamen pete.
me.Contemnerẽ aı̃mus regias ut ſcis opes
Poteſt ſoletꝗ;:liberos tantum fugę
Habere comites liceat in quorum ſinu
Lachrymas profũdã:te noui nati manẽt.
Ia.Parere precibus cupere me fateor tuis:
Pietas uetat:nanq; iſtud nõ poſſum pati:
Non ſi etiam memet cogat & rex & ſocer.
Hæc cauſa uitæ eſt:hoc peruſti pectoris
Curis leuamen:ſpiritu citius queam
Carere:membris:luce.
Me.Sic hic natos amat.
Bene eſt:tenetur:uulneri patuit locus.
Suprema certe liceat abeuntem loqui
Mandata:liceat ultimum amplexũ dare.
Gratũ eſt illud & uoce iam extrema peto
Ne qua ſi noſter dubius effudit dolor
Maneant in animo uerba:melior tibi
Memoria noſtri ſubeat:hæc iræ data
Oblitteretur.
Ia.Omnia ex animo expuli:
Precorq; & ipſe feruidam ut mentẽ regas.
Placideq; tractes: miſeris lenit quies:
Me.Diſceſſit:ita ne eſt:uadis oblitus mei
Et tot meorum facinorum:excidimus tibi
Nunq̃ excideus:hoc age:omnes aduoca
Vires & artes:fructus eſt ſcelerum tibi
Nullũ ſcelus putare:uix fraudi eſt locus.
Timemur:hac aggredere:qua nẽo poteſt
Quicq̃ timere:perge:nunc aude:incipe:
Quicquid poteſt medea:qcquid ñ poteſt
Tu fida nutrix ſocia mœroris mei
Variiq; caſus miſera:conſilia adiuua.
Eſt palla nobis munus ætheræ domus
Decuſq; regni:pignus æetæ datum
A ſole:gemmis eſt:& auro textili
Monile fulgens:quodq; gẽmarum nitor
Diſtinguit aurum:quo ſolent cigi comæ.
Hæc noſtra nati dona nubenti ferant.
Sed ante diris illita ac tincta artibus:
Vocetur hecate:ſacra luctifica appara:
Struãt aræ:flãma iã tectis ſoet.(Chorus.
n Vlla uis flammæ tumidiq; uenti:
Tanta:nec teli metuenda torti.

BER. Sana:res melioris cõſilii: & ſi qd uelis ex domo creõtis pete. Leuarẽ:leuiorẽ facere. Cõtẽnerẽ:nouiſti animũ meũ non curare diuitias:ſed unũ peto ut des filios mihi cõites exilii nã te noui nati ex creuſa manẽt.i.futuri ſũt. Parere præcibus:uellẽ facere qud cupis & affectui tuo parerẽ:ſed pietas & amor filiorũ negat. Socer.Creo etiã ſi iperaret nõ poſſẽ illos dimittere. Hæc cauſa uitæ potius uoluiſſẽ mori quã te deſerere niſi fuiſſent filii mei: horũ cauſa uolui uiuere:potius uellẽ dare uitam quã carere illis. Sic hic:loquitẽ Medea itra ſe:ſi Iaſõ tantũ amat filios bene ẽ: nã multũ dolebit ſi illos iterficiã. Patuit:aptus ẽ ad feriendũ:tractũ ẽ a preliãtibus armatis q̃do apparet locus ad uulnerãdũ. Suprema:unũ a te peto Iaſon ut liceat oſculari filios:ut cum beniuolẽtia diſcedere poſſim.
Ne qua:ne illa quæ dixi i furore tibi reſtẽt in aio. Oblitterentẽ:deleantur. Quies:nõ ſe affligere ẽ lenimentũ miſerie. Diſceſſit:cũ iaſõ hortatus eẽt Medeã ad trãquillitatẽ animi:diſceſſit:Vnde illa dolore agitata ſe ipſã ad uidictã excitat:& nutricẽ alloquitẽ quid uelit facere. Excidimus:amplius non recordaris mei:ſed faciã tale facinus qđ ſẽper eris mẽor mei. Hoc age:ſeipſã excitat. Nullum ſcelus:nullũ adeo magnũ malũ curare:ſed omnia licita crederẽ ut faccias uidictã. Timemur:uix potero eos decipẽr:cũ me ſuſpectã habeãt & me caueãt. Hac:dicit ſibiipſi cape talẽ uiã ad nocendũ. Eſt palla:hoc ẽ conſiliũ qđ ipſa cepit:hẽt ueſtẽ & monile mittendũ ad nouã ſpõſam. Palla:ẽ ueſtis muliebris. Munus:appoſitiue donũ datũ a ſole deo. Monile ornamẽtũ colli qđ ſegmẽtũ appellatẽ. Diſtiguit aurũ:diſtiguere ẽ uariare:p circuitionẽ dicit coronã. Hæc:nr̃a munera filii mei,portabũt nubẽti creuſe. Sed ãte:priuſq̃ mittãtur hæc dõa ueneficiis omnibus ac uenenis tingantur. Appara: loquitur ad nutricẽ
n Vlla uis: Introducitẽ chorus uidẽs furiatã medeã dicit nullũ furorẽ eẽ tantũ quãtus ẽ mulieris repudiate:& p̃catur deos ut iaſonẽ ſeruẽt tutum ab inſania medeæ Verſus eſt ſaphicus ende caſillabus.
DAN. Fugæ: quos iã deliberauerat pdere rogat exilii comites dari. Nãq;:carere uita q̃ ex te natis malo. Vulneri:patuit aperta eſt uia ad dolorem Iaſonis. Tenetur: alluſio ad prædam captam & irretitam. Subeat tibi: ſuccurrat.ſubeo & dandi & accuſandi caſui iungitur:melius accuſandi. Vergilius.Eneæ ſubiit mucronem:& alibi. hæc inquit limina uictor Alcides ſubiit. Oblitterentur:oblitterare eſt e litterarum monumentis delere a littera detortum uerbum honoratus.Seruius. Trahit a littore non placet. Veteres litteroſum dicebant pro litterato Caſſius:homo mere litteroſus a græcis ο γραμμάτησ η γραμματικοσ. Omnia expuli:eieci exſcreaui enomui quæcunq; protuli uerba aut per iram aut per dolorem. Diſceſſit:hinc Iaſonis expoſtulat ingratitudinẽ & ad uindictam accingitur. Excidimus:e memoria tua fluxerunt noſtra merita. Medea:quaſi quam docuit ipſa hecate uenefeciorum matri quaſi quæ nihil unquam fruſtra ueneno attemptauit.Emphaſis concitatiſſima.
n ulla uis:hic chorus apte introducitur metro ſapphico & adonico eorum infelicem euentum cõmiſerans qui ardua agrediuntur:ſed primo horribilem medeæ impetum deſcribit ſcelus machinantis & eſt carmen ſextum huius tragœdiæ

BER. Thedis:uiro suo. Ardet.s.amore. Odit.s.deserta.hic ē uersus adōius. Auster: uētus q & notus dr̄. Hyster:fluuius ē labēs p panoniā q & dāubius dr̄. Vagus.s.extra ripas. Rhodāus:fluuiꝰ galliæ īpetuo sus a rhoda opido dictus. Profūdū:ruēs ī mare. Forti soli:iā habēti uires. Aemus:mōs thraciæ. Tabuit: liqfit nā ī tpe liqfiunt niues. Ignis:amor ē cæcus.nescit qd faciat cō sit repulsus. Mare:prius nauigauit iason. Sed furit:licet neptunus sit iratus qa regnū suū tētauerit. Dn̄s:neptunus. Ausus:mōet hoīes ne uias nouas aggrediāt exēplo phætōtis filii solis cuiꝰ fabula nota ē apd̄ Oui.lib.meta. Ipse recepit: quēadmodū extra metas duxerat currus igneos solis patris sui ut ardorē oībus īferet:ita & ipse fulmīatus igne ustus ē:& cecidit ī padū. Immemor:nesciēs tenere uīā pr̄is. Cōstitit:nullus habuit periculū magnū q iuit p uiā notā. Sācti:noli rūpere sacra federa mūdi:sed uade p uiā cōsuetā. Quisqs: qcūqꝫ nauigauit ī argo naui dedit pœnas. Nobiles: famosos ductos a regibus. Peliō:mōtē thessaliæ uñ accepta sūt ligna ad fabricādū argō nauē. Vagātes:ut ur̄ nautis.

Emēsus:q transiuit. Auri:uelleris aurei. Piauit:dedit pœnas:qa tētauit mare nō cōcessū hoī. Temerata:uiolata. Typhis:pbat ꝙ oēs q uoluerūt tētare nouā uiā dederūt pœnas:quēadmodū typhis q prius artē gubernādi naues īstituit:& ī pria expeditiōe periit. Mide regis:hic fuit gordiæ bulbuci filiꝰ & rex phrygū:q cūctoꝝ pœnæ regū opes pecūiæ abūdātia ātecessit.de quo Herodo.in.li. hysto.& Iustius li.epitho.xi.plura scripserūt.Cū & Oui. sil'r.xi.meta.illius fabulā elegātissime ē psecutus:ita ut cū ultio īter apollinē & marsyā decertātes ī canēdo iudex cōstitutus eēt:& ipse ex ebeti igenio p marsya sn̄iam ferret asininis auriculis a phœbo deturpatus ē:ut tetigit ēt ī prima sua satyra Persius. Ille:orpheus q filius fuit apollinis & calliopes muse doctria melodiaqꝫ ac poesi florēs teste Diodo.li.v.eius dulcedīe & modulatu cytharæ non solū hoīes sed lapides & siluas mouebat hic cū nullā uenerē cū mulieribus iūgere uellet īter orgia bacchi a cycōibus mulieribꝰ dilaceratꝰ ē:eiusqꝫ caput ī oeagriū fluuiū uel ut alii ī hebrū piectū ē. Camēa uocali.i.calliope dulcit̄ canēte.

DAN. Nulla uis:cōpatio nō īconcinna ignis & furoris feminei.Callimachi restat epigrāma significās duo genera ignis.alteꝝ sedabile alteꝝ qđ nulla ui aqꝝ sedari pōt .i.femineū. ὄξευς ἀντὶ πυρὸς πῦρ ὤπασεν ἄλλο γυναῖκα. εἴθε δὲ μήτε γυνή. μήτε τὸ πῦρ ἐφάνη πῦρ μὲν δὴ ταχέως καὶ σβέννυται ἡ δὲ γυνὴ πῦρ ἄσβεστον φλογερὸν παίτοτ᾽ ἀναπτόμενον.

Auster:uētus turbidus ībricitor & humectus totus ē:pestilēs nō nūq̄. Hæmus:mōs thraciæ aspiratiōe ī pricipio & diphtōgum habet.dr̄ ab hæmo filio boreæ & orithyæ. Vale. flaccus ī prio. Ille Othrin & hæmū atqꝫ imū felix uersabat uomere olympū. Ipse recepit:hoc exēplo phætōtis hortat̄ ad uias notas & lege naturæ cōcessas:qa magno cōstat agredi icōsueta & minime cōcessa q̄ nollet unq̄ si adhuc uiueret phætō attigisse. Hic poeta nobilis& uenustus in tristibus. Vitaret cœlū phæton si uiueret: & quos optauit temere tāgere nollet equos.ego lego Absyrtū fratrē Medeæ alio noīe fuisse phæton appellatū. καί μιν κολχῶν υἷωσ ἐπωνυμίην φαέθοντα ἔκλεον. ergo duos phætontas celebrant græci:nos unū solis filiū dūtaxat de quo hic meminit Seneca. Recepit: passus. Tutū:fuit maioribus ire. Vagātes:dixit quo ad sensū oculoꝝ uel potius cyaneas ītelligit q̄ collidūt ut supius aduertimus. Ora:ī r̄giōe colchoꝝ. Tiphys: aiūt priusq̄ argōautæ pnauigassēt ad fauces acherusidos idmōa Abātis filiū uatē pitissimū descēdisse ad fluuium quēdā ī quo forte igēs & terribilis ap latebat.ueniēti idmōi irruit ap & adacto dēte ī coxā eū pemit:apꝝ postea īterfecit pelleus achillis pater idmona luxerūt tres dies:qrto humarūt:cōstituerūtqꝫ sepulchra duo ī altero idmona ī altero tiphyn sepelierūt quē morbus repētinus ibidē īuaserat.ī locū tiphys suffectus ē ancæus fi

q̄ta cū cōiūx uiduata tedis Ardet & odit.
Non ubi hybernos nebulosus imbres:
Auster aduexit:properatqꝫ torrens
hyster:& iūctos uetet eē pōtes Ac uagꝰ errat.
Nō ubi īpellit rhodāus pfundū
Aut ubi in riuos niuibus solutis
Sole iā forti medioqꝫ uere Tabuit hæmꝰ
Cæcus est ignis stimulatus ira:
Nec regi curat patitur ue frenos
Haud timet mortē:cupit ire in ipsos
Obuius enses.
Parcite o diui:ueniam precamur:
Viuat ut tutus mare qui subegit:
Sed furit uinci dominus profundi
Regna secūda:Ausꝰ ęternos agitar̄ currꝰ
Immemor metæ iuuenis paternæ:
Quos polo spsit furiosꝰ ignes: Ip̄e r̄cepit
Constitit nulli uia nota magno:
Vade qua tutū populo priori:
Rūpe nec sci uiolēte mūdi. Federa sacra
Quisquis audacis tetigit carinæ
Nobiles remos:nemorisqꝫ sacri
Pelion densa spoliauit umbra.
Quisquis intrauit scopulos uagantes.
Et tot emensus pelagi labores.
Barbara funem religauit ora.
Raptor externi rediturus auri.
Exitu diro temerata ponti: Iura piauit.
Exigit pœnas mare prouocatum:
Typhis in primis domitor profundi:
Liquit indocto regimen magistro.
Littore externo procul a paternis
Occidens regnis:tumuloqꝫ uili
Tectus:ignotas iacet inter umbras:
Auris amissæ memor inde regis:
Portubꝰ lētis retiet carinis Stare qrētes.
Ille uocali genitus camœna:

lius Neptuni ex astypalea. Auris amissæ:nullo pacto referēdū puto ad Midā sed potius ad regē iasonē attonitū & cōsternatū fato magistri & uatis & qđ ait carinas stare qrētes referē ad pceres q moras duodeci dieꝶ i luctu & gēitu iiquo aīo tulerīt.lege istoriā græcā hoc i loco plurimū necessariā & couēies cū ueritate omissis i BER. Restitit:firmauit se fluuius ad audiēdū. Comitāte silua:arboribus seqntibus simul & aui- (soniis. bus. Nō rediturus:quēadmodū prius rediuerat:cū iuisset ad accipiēdū euridicē uxorē:nūc āt mortuus nō redibit.

Cui9ad chordas modulāte plectro,
Restitit torrens:siluere uenti:
Cum suo cantu uolucris relicto.
Affuit tota comitante silua:
Thracios sparsus iacuit p agros:
At caput tractus fluuialis hebri:
Contigit notā stygà:tartarumq;
Non rediturus.
Strauit alcides aquilone natos:
Patre neptuno genitū necauit:
Sūmere innumeras solitū figuras.
Ipse post terræ pelagiq; pacem:
Post feri ditis patefacta regna:
Viuus ardenti recubans in œta.
Præbuit sæuis sua mēbra flammis:
Tabe consumptus gemini cruoris
Munere nupte.
Strauit anteum uiolentus ictu:
Setiger:fratres meleagre matris
Impius mactas:morerisq; dextra
Matris irate:meruere cuncti
Morte:quod crimen tener expiauit
Herculi magno puer interemptus
Raptus est tutas puer inter undas:
Ite nunc fortes perarate pontum
Sorte timenda
Idmonē quamuis bene fata nosset:
Concidit serpens lybicis arenis:
Omnibus uerax:sibi falsus uni.
Concidit mopsus caruitq; thebis:
Ille si uere cecinit futura:
Exul errauit tethydis maritus.
Igne fallaci nociturus argis:
Nauplios pceps cadit in profundū:
Patrioq; pendit crimine pœnas.
Fulmine & ponto moriens oileus:

Norā:q prius uiderat. Aqlone natos:zetū & calai filios boreæ quos supauit hercules ut uidimus i pria tragœdia. Genitū:neptuno:acheloū itelligi uolūt:quē tñ alii fuisse oceāi & tethios filiū uolūt:hic p deianira filia œnei regis calidoniæ cū Hercule decertauit:sed uidēs se iferiorē magicas decurrit ad artes:& cōuersus prio i serpētē ab hercule pœnæ strāgulatus ē:rursus cū in trucē tauꝶ se mutaret:illū hercules fracto cornu ad terrā collisit q deide pudibūdus in calidone fluuio q iuxta sui nois oppidū defluit:se abscōdit a quo postea fluuiꝰ achelous appellatus ē. Regna ditis:ifernū quo iuit ut uidimus. In œta:mōte thessaliæ in quo hercules periit ut uidebimus i ultia tragœdia. Munere nupte.i.camisia tincta ueneno a deianira. Anteū:gigantē de quo uidimus i pria tragœdia. Meleagre:fuit œnei regis calydoniæ & alteæ filius in natiuitate cuius:ut refert Oui.parcas tres ab altea iā laboꝝ ptus soluta uisas circa ignē stamia nētes & cū flāmis ligni stipitē posuissēt dixere:oē nati erit eq cū stipite uita.Quod cū audisset Altea illis discedētibus:surgēs stipitē igni subtraxit illūq; ne cōburerē diligēti suauit.Quid uero de eo pōt fuerit ipse Ouidi.late descripsit meta.viii.nā duos auūculos pp atalātē interfecit:mr āt Altea stipitē i uidictā fratꝶ suoꝶ i ignē piecit:& ita meleager cōsūptus ē. Setiger:q spoliū setigeri apri. Puer itereptus:hylas fuit thyodomātis filius pulchritudinis admirādē:quē hercules argonautis comes secū ad libidinē duxisse scribitur idē cū mysiā ārgōaute uenissēt & aqꝶ ad lacū quēdā pgeret:raptus a nymphis fuisse dr.alii uero putāt cū ad hauriēdas aqs cū urna iclinarer:illū i lacū decidisse. Ite nūc:cōcessio hirōica:uos qui putabatis eē fortes ite p maria:nā oēs ddistis pœnas. Idmonē:hic fatidicus erat:sed sua fata nesciuit:nā a spēte morsus iteriit. Serpēs cōcidit:fecit mori. Mopsus:hic thebāus uates erat. Tethydis maritus:de quo Oui.xi.meta. Igne fallaci:nauplius euboie Rex pr palamedis q ad troiā fraude ulyxis itereptus fuerat huius mortē ulcisci cupiēs argiuorū classē pdidit:nā post troianū excidium nocte laborātibus tēpestate græcis:facē sup caphareo mōte succēdit:q illi portū pximū existimātes i asprimos scopulos delati:naufragiū multi dedere. Argis.i.arguis. Patrio crimie:aiax oilei filius regis locoꝝ crīe priæ oilei q nauigauerat in argo seu ut uoluit Vir.li.i.ænei.qa stuprauerat Cassandrā in tēplo palladis submersus est Pallas ne exurere classem argiuū:atq; ipsos potuit submergere ponto unius obnoxam.

DAN. Ille uocali:fabula nota est apud Ouidiū. Gemini cruoris:Nessi centauri. Setiger gerēs aprum setigerū humeris ad eurystheū:ut referas ad herculem ad Meleagrum non placet. Meleagrum peremit stipite fatali mater Altea in ultionem fratrum plexippi Toxei & Agenoris:fabulam perstringit Ouidius in tristibus. Vtq; cremasse suum ferē cū stipite natū. Thesteas & melior matre fuisse soror:Non ero lōgior in his quæ mihi tecū cōmunia uidentur lector gratissime. propterea nostro laconismo ueniam dabis. Puer:hylam infantem rapuit hercules Thiodamanti patri quem interemit negligentem dare sibi bouem quo arabat.puerum habuit i deliciis hercules:quem cum misisset haustum aquam ad parandum prandium in bithynia ad fontem quem dicunt Anchigyum nympha nomine epidatie brachio ad ceruicem proni iniecto rapuit ad se polyphemus sensit furtum & statim ad herculem accurrit:indignatus hercules nympham percussit claua sed nihil nocuit. Idmonen:hic Seneca mutauit historiam. Nam apollonius tradit ab apro percussū fuisse in coxa:ut superius paulo memoraui. Præterea non in libia conditus est sed in portu bebrycis omni ex parte defraudaui historiam græcam Seneca.

BER. Cõiugis pherei:admeti thessalici alcesta uxor hæc adeo uirũ suũ amauit:ut cũ ad mortẽ ille egrotaret & ab oraculo respõsũ eẽt ipsũ pxime moriturũ:ut aliqs ex ppiquis locis eius uoluntaria morte moreret: ipsa aui de mori uoluit qđ cæteri ppinq pcitus spreuerũt:uñ hæc q fuit filia peliæ q iasonẽ miserat i colchos dedit pœnas p pr̃e: Pherei:thessalici:phere ciuitas thessaliæ. Ipse q:pelias patruus iasonis q iusserat pria naui nauigare iuuenẽ dedit pœnas:nã suadẽte medea.a filiab⁹ dilaniatus ẽ & aq elisus. Aheno:uase cognario. Vagus:dũ aq bulit ipse laceratus natabat inter breues aqs aheni. Iusso:iasõi q nõ spõte nauigauit sed iussus a patruo pelia.

Auet aius:Hic ẽ q̃rtus actus. Nutrix uiderat medeã iã accẽsã ira iſtrui ad uidictã p icãtatiões suas unde ipa horrẽs ea mõstra hæc loqẽ. Vim pteritã:nã itelligẽdũ ẽ medeã itermisisse artes magicas & iterũ ad illas redire & uiolẽtiã suã itegrare. Vidi:sæpius illã icãtatiões faciẽtẽ uidi:sed nũq tã uehemẽtẽ & horridã aut maiora parãtẽ. Attõito gradu:pcipiti passu. Penetrale funestũ.i.locũ secretiorẽ:ubi fũestas icãtatiões facit. Totas opes.i.qcquid ipsa nouit artibus suis effudit & dixit. Promit:extrahit e pectore suo qcqđ ẽt illi põt terrorẽ incutere & hucusq nũq ausa fuerat. Leua manu: sinistra sicut modus erat icãtationũ sacrũ cõplicabat. Feruẽtis lybie:ubi nũq descẽdit pluuia & sũt serpẽtes uenẽose & uaria mõstra. Taurus:mõs de quo supra diximus ad scythiam tẽdẽs & ab idico mari surgit:teste Pli.li.v. Arctoo: septẽtrionali frigore rigẽs.i.cõgelatus. Tractat:manib⁹ cõtrectat. Squamea turba.i.serpẽtes. Desertis:relictis suis cauernis. Hic:i hoc ueneficio. Sera:tarda uel ad uocẽ uel maior aliis:ideo tardior. Excreat:euomit. Trifidã.pp motũ celerẽ:ita ut ligua uideat triplex. Mortifera: ad cuius mortẽ sit uocata. Stupet:ipsa serpẽs plicabat se in orbes audita icãtatiõe. Aggestis:cõplicatis & cõgregatis nodis. Cogit:uertit i circulos. Inqt:medea uidens tãtũ s̃pẽtes terrestres nõ putabat illas idonea tela ad malũ q pabat:iõ uult cogere cælestes ad ueneficiũ suũ. Altius:maius q̃ solita sim. More torrẽtis:itelligit serpẽtẽ q iter ambas arctos flexuoso corpe adiacet de quo supra diximus:hic ur̃ in modũ flumis.in prio sinu ẽ ursa maior:in seqnti minor. Due fere.s.ursa maior & mior. Pelasgis: sicut Oui.iiii.de fastis.Esse duas arctos q̃rũ cynosura petat sydoniis:elicẽ graia caria notet. Immẽsos:sinus ipsius serpẽtis. Ophiculus:hic apđ nr̃os scriptores ãguitenẽs ẽ dictus:supra scorpionẽ cõstituit tenẽs mãibus ãguẽ mediũ.corpus eius iplicãtẽ caput i mãu dextra & caudã i sinistra tenet iõ rogat ut eũ dimittat uẽire ophiculus deriuat ab ophis q dr̃ apud nos serpẽs. Phytõ:serpẽs fuit horride magnitudis excalescẽte terra post diluuiũ deucalionis pcreat⁹ hũc phœb⁹ iteremit. Gemia numia:duos deos .s.phœbũ & dianã quorũ mr̃em latonã pgnãtẽ isecutus ẽ ipse phytõ usq idolẽ isulã. Lacesceṙ:iseq & iiuria puocaṙ.

Aauet:festiat Medea ad uidictã pparatõe uenẽi id qđ idicat nutrix p igressũ q̃rti actᵘ & carmis septimi trimetro iãbico hypcatalectico euripidio qđ recipit nõ nũq tribrachũ & pyrrhichiũ loco iãbi. Vim pteritã recrudescit.n.dolor uetetis recordatione iniuriæ. Deos:manes in primis hecatẽ magistrã suã:ut scribit apollonius. Fera serpẽs:imanis & noxia. Exerit: nudat eiaculaṫ:eiicit. Trifidã:p celeritate. Maior pelasgis:helice quã nauigãdo sequunṫ peloponesii. Minor: cynosura quam obseruãt phœnices ut testaṫ iginius quoniã aglastones phœnix primus eã seruauit: Ophiucus:serpẽtarius. Phyton:Homerus in cantico apollinis aliter appellat.in feminino genere.ἀγχοῦ δὲ κρήνη καλλίρροος ἔνθα δράκαιναν, ζατρεφέα μεγάλην τέρας ἄγριον.hanc peperit terra quo tempore peperit typhaona irata ioui & draconẽ custodẽ aurei uelleris.

Coniugis fatum redimens pherei.
Vxor impendit animam marito.
Ipse qui predam spoliumq iussit
Aureum prima reuehi carina:
Vstus accensis pelias aheno:
Arsit angustas uagus inter undas.
Iã satis diui mare uidicastis Parcite iusso.

Actus quartus. Nutrix loquitur.

P Auet aius horrẽt:magna pnicies adest
Immane q̃tũ augescit.& semet dolor
Accendit ipse:uimq prœteritã integrat.
Vidi furentem sæpe:& aggressam deos
Cœlum trahẽtem:maius his: mai⁹ parat
Medea monstrũ:nãq ut attonito gradu
Euasit:& penetrale funestum attigit.
Totas opes effudit:& quicquid diu
Etiã ipsa timuit promit:atq oẽm explicat
Turbam malorũ:arcana:secreta: abdita:
Et triste leua complicans sacrũ manu:
Pestesq uocat:quascũq feruentis creat
Harena libyæ:quasq perpetua niue
Taurus cohercet frigore arctoo rigens.
Et omne mõstrũ tractat magicis cantibus
Squamea latebris turba desertis adest.
Hic fera serpens corpus immensũ trahit:
Trifidãque linguã exerit:& q̃rens qbus
Mortifera ueniat:carmine audito stupet.
Tumidũq nodis corpus aggestis plicat:
Cogitque in orbes:parua sũt inqt mala:
Et uile telum est:ima quod tellus creat:
Cœlo petã uenena:iam nũc:tempus est
Aliquid moliri fraude uulgari altius:
Hic ille uasti more torrentis iacens
Descendat anguis:cuius immensos duæ
Maior minorque sentiunt nodos feræ.
Maior pelasgis:sydoniis apta minor
Pressasque tãdẽ soluat ophiculus manus:
Virusque fũdat:adsit ad cantus meos
Lacessere ausus gemina phyton numina:

BER. Hydra:serpẽs fuit aq̃tilis quæ lerneã archadiæ paludẽ ĩcolebat:hãc interfecit hercules. Et oĩs : ĩtelligit ẽt serpẽtẽ seruantẽ mala aurea hesperidũ q̃ ĩterfecit hercules. Reparans:nã succiso uno capite illi crescebant tria. Sopite serpens:intelligit serpẽtẽ seruantẽ aureũ uellus colchis quẽ medea suis carminibus sopiuit ut seruaret iasonẽ. Postq̃:ad se coegit oẽs serpẽtes:asciuit oĩa mala quæ ĩ terris nascunẽ. Infauste frugis : ferẽtis ĩfœlicitatẽ. Iunius erix:mõs Siciliæ ꝓruptus. Caucasus:mõs est ĩdie ex eo latere quo ad septentrionẽ est cõtermina scythia ibi dr̃ ꝓmetheus:ut in hercule furẽte uidimus religatus esse. Hyeme:niuibus. Medus : populus cõterminus assyriæ. Aur ptus:populus orientalis scythiæ. Leuis:siue uagus siue celer fugiendo. Arabs: populus ĩ asia iudeã ab egypto disterminãs. Linũt:tigũt uenẽo. Sueui:populi germaniæ. Hercineis lucis: siluis est.n.hercinia silua teste põponio mella ĩ alemãia maxia q̃ dieꝝ sexaginta ĩter occupãs:ut maior aliis siluis q̃ ĩ germania sũt ita notior. Quodcũq;:oẽs herbe uenenose q̃ ꝓducunẽ tpe ueris.aut estatis:aut autũni cõtractãẽ a medea. Vere nidifico:quo uolucres solẽt nidificare. Decus:pulchritudinẽ:qa nũc in illa pte ãnı q̃ tũ dr̃ bruma cadũt folia ex arboribus. Gramẽ:herba. Athos:mõs ĩter macedoniã & thraciã aliq̃do emonie:ut ibi dr̃. Pindus : mõs. Illa.s.pestifera herba: Comã:folia sua. Pãgei:est teste Pli.iiii.li.Pãgeũ thraciæ ꝓmontoriũ bessis cõterminũ & macedoniæ iunctũ. Falce cruẽta:cũ q̃ cecidisset aliquẽ hoiem. Tygris:fluuius ẽ armeniæ. Danubius:fluuius labẽs p germaniã & panoniã. Hispades:fluuius mediæ noiatissimus. Bethis:regio ẽ hispaniæ a fluuio p illã currẽte nomẽ assũpsit:ut ibi testaẽ auctor. Hespia : occidẽtalia & hispana. Hæc passa:põit aliã diuersitatẽ:nam aliq̃ herba est collecta ferro ueniẽte die:alia de nocte sine ferro euulsa. Frutex illius truncus alterius herbe. Alta: media nocte. Secta ungue:resecata sine ferro. Gramina:herbas uenenosas. Obscenas:quæ dicebantur mali augurii. Bubonis & strigis:quæ sunt aues nocturne de q̃bus diximus. Rauce:nam a stridore strix appellatur: unde raucam appellat. Artifex:medea. Discreta:seperata:quia aliquibus est uis concipiendi ignem:aliquibus inferendi frigus. Pigri:quo torpescunt homines. Metuẽda:quia tantum possunt ferre malũ quantũ ueuena. Sonuit:ueniens medea insana. Canit:incantant.

Me dus

Plini us

Et hydra & omnis redeat herculea manu
Succisa serpens cæde se reparans sua:
Tu quoque relictis peruigil colchis ades
Sopite primum cantibus serpens meis.
Postq̃ euocauit omne serpentum genus:
Congerit in unum frugis infaustæ mala:
Quæcunque genuit inuius saxis erix:
Quæ fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore caucasus promœthei.
Pharetraq; pugnax med⁹ aut parth⁹ leuis:
Et qui sagittas diuites arabes linunt.
Aut quos sub axe frigido succos legunt
Lucis sueui nobiles hercyneis
Quodcunque tellus uere nidifico creat.
Aut frigida cũ iã bruma discussit decus
Nemorũ & niuali cuncta cõstrinxit gelu:
Quodcũque gramẽ flore mortifero uiret
Dirus ue tortis succus in radicibus
Causas nocendi gignit:attrectat manu
Emonius illas contulit pestes athos.
Has pindus ingens:illa pangei iugis
Teneram cruenta falce deposuit comam.
Has alluit altũ gurgitẽ tygris premens:
Danubius illas:has per arentes plagas
Tepidis hydaspes gemifer currẽs aquis.
nomenq; terris qui dedit betis suis:
Hesperia pulsans maria languenti uado.
Hec passa ferrũ est:dũ parat phœb⁹ diẽ:
Illius alta nocte succisus frutex.
At huius ungue secta cantato seges:
Mortifera carpit gramina:ac serpentum
Saniem exprimit:miscetq; obscenas aues
Mœstiq; cor bubonis & rauce strigis
Execta uiuę uiscera:hæc scelerũ artifex
Discreta ponit:his rapax uis ignium:
His gelida pigri frigoris glacies inest.
Addit uenenis uerba non istis minus
Metuenda:sonuit ecce uesano gradu:
Canitq;:mũdus uocibus primis tremit.

Medea loquitur.

u Os p̃cor uulg⁹ silẽtũ uosq; ferales deos
Et chaos cęcũ:atq; opacã ditis ũbrosi
tartari ripis ligatos sq̃lide morti spec⁹ domũ

u Os præcor:isti sunt uersus trochaici habent trocheum in primo:& sunt septem pedum: uocanturq; tetrametri acathaletici. Silentum: animarum. Ferales:inferos fera eũ mors dicitur apud ãtiquos. Chaos cæcum:tenebre inferni. Specus:in tribus generibus reperiẽ:ubi est habitatio mortis: uocat animas quæ sunt apud inferos:ut ueniant ad nouas nuptias : ferantq; secum malum augurium.

DAN. Sparsus cruore:hoc idẽ canit apollonius describendo uenenum quo domuit tauros medea.dicit infectũ fuisse sanguine quem rostro elicit aquila de iecore promethei & ideo dictum uenenum προμήθειον. πρωτοφῦ ἐσ τόγἆν ἔσχε κατασὰ ξαντοσ ἔραζεάιετοῦ ὦ μήςε ωκνημοῖσ ἐνί καυκασιοισι.&c. Sueui : germani.

u Os precor:hic medea inuocatis manibus & conceptis cantationibus palam inficit & medicatur quam dono mittat creusæ in perniciem omniũ familiarium & creontis. Carmen tetrametrum trochaicum acatalecticum:

BER. Rota.s.ysionis cuius pœnã declarauimus in hercule. Pyrenidas corinthias:pyrene fons ẽ acroco rinthi:tantali pœnã retulimus. Socero:creonti patri creusæ. Lubricus lapis:qui nõ põt firmari:sysiphi pœ na declarata est supra. Irritus:uanus:qa nõ possũt haurire aq̃s:ut supra dictũ est. Coite:simul uenit. Pessi mos:uenias & tu diana q̃ in ĩferno diceris echate nõ leta:sed ĩfœlix istis nuptiis. Sidus:quæ luces de nocte.

Soluẽs:ẽm morẽ sacrificantiũ inferis & incãtationũ spargebãt capilli p humeros. Secreta:hic mutatur uersus:& est iãbicus. Lustraui:circuiui faciẽdo sacra. Euocaui:pter naturã & cursum cælestem feci pluere:maria decrescere totũq; ordinẽ cœli pturbaui. Estibus:fluctibus.

Vrse:maior & minor quæ nũc dicunt̃ occidere carminibus meis tracte sunt de cœlo. Vetitũ:negatũ cũ alia sydera dicũtur occidere in mari:sole iste urse nunq̃ tẽdũt ad occasum. Vices:mutaui uices tẽpoꝝ æstate feci pullulare flores:& hyeme fruges secari: Ceres:dea frugum coacta meis carmĩbus. Phasis:fluuius colchoꝝ. Vada uiolẽta:ĩpetuosas aq̃s. In fontẽ:uersus originẽ suã cõtra naturã aque. Tot ora:hostia septẽ. Truces ĩpetuosas: uel dicit pp populos p quos fluit asperos. Piger.s.p me factus tardus. Nemoris:transtuli arbores ad alia loca ubi nõ erãt prius. Vmbrã:qa ibi nulle relicte sunt arbores.

Stetit:ut neq; ad orientẽ neq; ad occasũ tẽderet. Hyades:septẽ stelle in frõte tauri. Labãt:tremũt & uident̃ cadere. Adesse:inuocat lunã ad sacra sua. Phœbe: luna.

Serta:q̃ cõtexui de serpẽtibus nouẽ. Nouena:de nouẽ serpẽtibus:hic uersus dimeter est habẽs quattuor pedes.

Mẽbra:ponit oĩa mõstra qbus ista contexunt̃. Mẽbra .i.manus. Typhæus:gigas q ausus est pugnare contra deos. Regna iouis:cœlũ. Vectoris:pfidi.nessi cẽtauri qui exportans deianirã ab hercule iterfectus est:ut uidebimus in ultima tragœdia:appono tibi huius sanguinem.

Oeteus:adiũgo cinerẽ sup quẽ expirauit hercules ĩ œta monte:ut uidebimus in eadẽ tragœdia. Virus: uenenũ quo confectus est hercules. Vides.s.o phœbe: adiungit unam facem & dicit q̃ illa est qua consumptus est meleager ut supra uidimus. Piæ sororis: qa uindicauit fratres interemptos a filio. Impiæ:qa filiũ interfecit. Harpya: de his monstris in hercule furente dictũ est. Zetũ: q harpyas cum fratre calai fugauit ad strophadas insulas:& sic admiscet plumas harpyarum & auium stymphalidum de quibus in prima uidimus:eas hercules sagittis interfecit.

Suacie:uulnerate & passe sagittas quibus hydra interfecta fuit.

DAN. Typhœus:gigas sub arimis sepultus εἶν ἀρί-μοισ ὅθι φασῖασφωεοσέμμεναιεὐντυ.ex quo exẽplo potes etiã cognoscere dictionem trisyllabam & habere ευ .diphthõgum in ultima. Hesiodus dissentit ab Homero fingens sub ætna non sub arimis conditum esse typhœa. Sanguis:nessus centaurus trans euenũ fluuium tulit deianiram cui uolens uicium offerre transfixus est ab hercule sagitta.sanguine & oleo ueste infecta:in sacris indutus hercules lenta tabe consũptus est. Stymphalidos: argonautæ cum attigissent stymphalum de quo supra dictum est.armarunt se & fustibus fugarunt aues:quoniam una cecidit super leuum humerum oilei tanta ui ut ceciderit remus de manibus. Euribotes sanauit uulnus. Amphidamantis monitu argonautæ induerunt capita galeis & fustibus manus:aliter increbescente turba uolucrũ nequaquam transissent.

Supliciis aĩe r̃missis currite ad talãos nouos.
rota r̃sistat mẽbra torq̃ns:tãgat ixiõ humũ:
Tantal⁹ secur⁹ undas hauriat pyrenidas.
Grauior pœna sedeat cõiugis socero mei.
Lubric⁹ p saxa retro sisyphũ uoluat lapis:
Vosq; urnis q̃s foratis irrit⁹ ludit labor.
Danaides coite:ur̃as hic dies q̃rit man⁹
Pessimos ĩduta uult⁹ frõte nõ una minax
Nũc meis uocata sacris noctiũ sid⁹ ueni.
Tibi more gentis uinculo soluẽs comam
Secreta nudo nemora lustraui pede.
Et euocaui nubibus siccis aquas
Egiq; ad imũ maria:& oceanus graues
Interius undas æstib⁹ uictis dedit.
Pariterq; mũdus lege confusa ætheris
Et solem & astra uidit: & uetitũ mare
Tetigistis ursæ:tempoꝝ flexi uices
Aestiua tellus floruit cantu meo:
Messem coacta uidit hybernam ceres.
Violenta phasis uertit in fontem uada.
Et hyster in tot ora diuisus truces
Compressit undas omnib⁹ ripis piger.
Sonuere fluct⁹:tumuit insanũ mare:
Tacẽte uento nemoris antiqui domus
Amisit umbram uocis imperio meæ.
Die relicto phœbus in medio stetit:
Hyadesq; nostris cantib⁹ motæ labant.
Adesse sacris temp⁹ est phœbe tuis.
Tibi hæc cruenta serta texũtur manu:
Nouena quæ serpens ligat.
Tibi hæc typhœ⁹ membra q discors tulit
Qui regna concussit iouis.
Vectoris istic perfidi sanguis inest:
Quem nessus expirans dedit.
Oeteus isto cinere defecit rogus.
Qui uirus herculeum bibit.
Piæ sororis impiæ matris facem
Vltricis altææ uides:
Reliquit istas inuio plumas specu
Harpya dum zetum fugit.
His addice pennas sauciæ stymphalidos
Lernea passæ spicula

BER. Sonuistis: dum hæc diceret sensit moueri aras. unde letatur aduentu diane quæ turbido uultu ueniebat. Tripodes meos: sic phœbades in tẽplo apollinis supra tripodẽ recepture spiritũ strepitu sentiebãt aduenientis dei. Vnde dicit tripodes meos: p illã similitudinẽ. Agiles ueloces: qa uno mẽse cõplet cursũ suũ. Lurida: pallida nõ uideo talẽ ut est in cœlo quãdo plena & rotũda est tota splendẽs: sed qualẽ mœstã & tristem: ut ẽ quãdo minis. i. uerbis incãtatoriis thessalo℞ uersatur & obscurat̃. Legit: transit. Propiore freno:

Sonuistis aræ: tripodes agnosco meos:
Fauente commotos deá.
Video triuiæ currus agiles:
Non quos pleno lucida uultu
Pernox agitat: sed quos facie
Lurida mœsta: cum thessalicis
Vexata minis cœlum freno
Propiore legit: sic face triste
Pallida lucem funde per auras.
Horrore nouo terræ populos
Inq; auxilium dictina tuum:
Preciosa sonent æra corinthi.
Tibi sanguineo cespite sacrum.
Solemne damus: tibi de medio
Rapta sepulchro fax nocturnos
Sustulit ignes. Tibi mota caput flexa uo(ces
Ceruice dedi: tibi funereo
D uore iacens: passos uincit
Vitta capillos. Tibi iactat̃ tristis stygia
Ramus ab unda: tibi nudato
Pectore menas: sacro feriam
Brachia cultro: manet noster
Sanguis ad aras: assuesce manus
Stringere ferrum: carosq; pati
Posse cruores.
Sacrum laticem percussa dedi.
Quod si nimium sæpe uocari
Quereris uotis ignosce precor.
Causa uocandi persei tuos
Sæpius arcus una atq; eadem est
Semper: Iason.
Tu nunc uestes tinge creusæ:
Quas cum primum sumpserit: imas
Vrat repens flamma medullas.
Ignis fuluo clausus in auro
Latet obscurus: quem mihi cœli
Qui furta luit uiscere fœto
Dedit: & docuit condere uires.
Artem prometheus dedit: & tenuit
Sulphure tectos mulciber ignes.
Et uiuacis fulgura flammæ:
De cognato phaetonte tuli.

cursu uiciniore: tractum est ab eqs quibus ipsa ducit̃ i curru. Tere: perturba. Dictina: diana dicta ab ipsis retibus nam græce dictynon rete dicitur: ut Solinus & Lactantius ostẽdũt. Era: quæ pulsabantur ne luna audiret uerba magica: cogereturq; descendere in terrã. ut Vir. Carmina qua possunt lunam deducere cœlo. Præciosa: uasa corinthica mire celature. Cespite: terra cum herba sussa sanguine. Sepulchro: quam accepi ex sepulchro. Tibi mota: exultans medea aduentu diane parat tale sacrificium: dicitq; se facturam quẽadmodum coribãtes. Menas. s. ipsa furiosa tanq̃ menas sacerdos bacchi. Tibi: ad honorẽ tuum. Feriam: fundam sanguinem ex uenis brachiorum. Manet: fluat. Assuesce: uertit sermonem ad manum suam: ut assuescat fundere sanguinem ut deinde possit interficere filios. Stringere: nudare. Caros. s. filiorum. Dedi: effudi: postq̃ effudit sanguinem dicit erit hic tanq̃ latex hoc est uinum qđ solebat fundi in sacris. Quod si: si forte lamentaris qđ te fatigo sepius: habe me excusatam: nam culpa est iasonis: ordo est in tertio uersu: Persei: o diana quæ secundum hesiodum filia asteries & persei fratris astrei patris uentorum: & ẽ perseis. patronomicum: & persei uocatiui casus est. Tu non: uestes q̃s missura sum ad creusam uenenis infice. Ignis: in corona q̃ donare noue nupte constitui: ignem inclusi quem mihi dedit prometheus qui illum furatus fuerat a diis superis propterea ut supra uidimus in caucaso monte ligatus pœnas luit. Obscurus: qui non cernitur: nam prometheus docuit me occultare ignem eo modo. Furta celi ignem raptum de celo. Viscere: nam iecur eius ab aquila corroditur. Fœto: nam semper nascitur sicut corroditur.
Vires: scilicet ignis. Mulciber: uulcanus. Tectos: quod uidetur impossibile q̃ ignis tegatur in sulphure. Cognato phaetonte: propinquo meo: nam sol pater phætontis erat auus medeæ admiscui etiã aliquas ptes fulguris quo phæton arsit.
DAN. Curus agiles: quos fingũt trahi a mulis propter sterilitatem. Pernox idest nocte ipsa. Minis rombis trahunt lunam ad despumandam herbas pro uenenis thessalæ martialis. quæ nunc thessalico lunam deducere rhombo: & alibi idẽ. Quom secta colcho luna napulat rhombo. & Ouidius themesæaq; cõcutit æra & theocritus in pharmaceutria χῶσ δινεῖθ᾽ ὅδε ῥόμβοσ ὀ χάλκεοσ ἐξ ἀφροδίτασ. &c. Passos: perpexos a pando. Sẽper iason: iason unus est semper in causa quare te inuocẽ.

BER. Chimere:mons eſt in licia qui fumum & flãmã admodũ ethne in ſicilia:& ueſuuii ĩ cãpania eructare uidetur quod utiq; dedit cauſam fabule q̃ illum dixit monſtrũ eẽ chimere quã heſiodus in theogonia deſignãs habere tria capita dixit unũ leonis: aliud ipſius chimere:& aliud draconis:qui & anterius quidem leonem:poſterius uero draconem:medio autem caprã. Dona:ignẽ. Tauri:qui erat ĩ colchos. Meduſe:quæ interfecta fuit a perſeo:ut plane ſcribit ouidi.li.iiii.metamor. Tacitum : occultatũ ĩ corona. Echate:o diana. Semĩa:fomẽta ignis.

Fallant:cũ uiderit coronã nõ credet itus eẽ ignẽ. Ferãt patiãtur:ut cũ tangatur non ſit calida.ita decipiat & tactus & uiſus. Meet:eat ĩ pectus & medulas creuſe. Noua nupta:creuſa magis ardeat q̃ faces quæ geſtate ſunt in nuptiis ſuis. Vota:nunc ſentit ſe exauditã: Vnde mãdat nutrici:ut filios aduocet qui munera ferant creuſe. Ite : ĩtelligendum eſt filios ueniſſe quibus dat munera ferenda: mandatq; ut ſtatim reuertãtur. Nouercam:creuſam.

Bibere tumuli:hoc dicit pp polixenā ad tumulū achillis
īterfectā. Aræ:dicit pp priamū ad arā iouis īterfectum.
Gregis:nā priamus qnquagita filios habuit. Senis.s.
priami. Relicti.s.uidēt familiā uacuā. Præter lacenā:
helenā q̄ menelaū habet & prius habuerat fratrē meum
paridē:idignatiue loqtur. Nutus·uxores filioꝝ priami.
Hecuba:apositiue regimē:nā fuit aīo uirili:pia & beni-
gna. Nouas leges:qa scribiť uersa i canē teste Oui.xiiii.
meta. In ignes.i.rogos:nā oēs filios cremari uidit. In-
duit:suscepit cū facta fuerit canis Supstes:q uixit ultra ali
os. Sibi:nā post hecubā mulierē:ipsa quoq; uixit canis.
Silet:uiderat chorus cassandrā deponere uitas. nunc āt
pallidā & uariantē colorē:nec uerba exprimētē pp spiri-
tum apollinis urgentē. Phœbas:uates cassandra. Hor
rescit:erigiť. Torquenť:tanq̄ fugiant spiritum. Rigēt:
stanť firmi. Altior:uideť maior quā ante. In auras:in al
tū. Reluctātes:cōtranitētes:nolet loqui sed spiritus co-
git:aliqñ sciūt & nō possūt dicere. Reserare:apire. Im
patiēs:nō ualēs pati deū. Mœnas:pprie est baccha. sed
ibi p uate furiosa poniť. Quid uerba:cassandræ resistē-
tis phœbo. Stimulis:sicut solet incitari æquus: nā poete
de phœbade loquunť more equitantis.
DAN. Turba:cibeli qui initiabanť castrabantur:haustu
galli īsaniētes.est gallus fluuius in galatia phrygiæ a quo
nomē traxere matris deū sacerdotes auctor Plinius in.v.
ca.xxxii. Athim:achis puer cybelis pmissam corporis i-
tegritatē in sagaratide nympha rūpere coactu bñ ob qd̄ ī
insaniam usus sibi acuta testa truncauit cliter lines. id qd̄
denotat semina non produci decussis floribus. Athis enim designat flores. cliter lini uero spermata. auctor
Eusebius in euangelica præparationum libro tertio. Nec si uelint:iam sunt inermes dii adeo crebra eorum
in nos pugna & colluctatio fuit. Relicti:superstites uideat uacuam regiam. In ignes:in exicium patriæ ꝙ
peperit paridem:uel ꝙ filiorum uidit tot funera & rogos: Stetere:inhorruere aut erectæ sunt. Nutant: tre
munt mouentur quasi malum minantes. & Chorus ad spectatores insanæ uatis habitum ex quadā occasiōe
depigit. Mænas:isana & furibūda παρὰ τὸ μαίνομαι. iuuenalis. Crimēq; retāt ululāte priapo mænades.

Fœtusq; suos nido pauidę titubāte fouet.
Nō si molles imitata uiros:
Tristis laceret brachia tecū
Quæ turite turba parēti
Pectore rauco concita:buxum
Ferit|& phrigium lugeat athim:
Non est lachrimis cassandra modus:
Quia quæ patimur uicere modum.
Sed cur sacratas diripis capiti infulas:
Miseris colendos maxime superos reor.
Cas. Vicere nostra iā metus omnes mala:
Equidem nec ulla cœlites placo prece
Nec si uelint sæuire quo noceant habēt.
Fortuna uires ipsa consumpsit suas.
Quæ pria restat:quis pater:quæ iā soror
Bibere tumuli sanguinem atq; aræ meum
Quid illa fœlix turba fraterni gregis:
Exhausta nempe regia miseri senis.
Vacuā relicti totq; per thalamos uident
Præter lacenam cæteras uiduas nurus:
Tot illa regum mater & regimē phrygum
Fœcunda in ignes hecuba fatorū nouas
Experta leges induit uultus feros.
Circa ruinas rabida latrauit suas:
Troiæ superstes:hectori priamo sibi:
Cho. Silet repēte phœbas|& pallor genas
Creberq; totum possidet corpus tremor.
Stetere uittæ:mollis horrescit coma.
Anhela corda murmure iclusο fremūt.
Incerta mutant lumina:& uersi retro
Torquētur oculi:rursus immites rigent.
Nunc leuat in auras altior solito caput:
Graditurq; celsa:nunc reluctantes parat
Reserare fauces:uerba|nunc clauso male
Custodit ore:mænas impatiens dei.
Cas. Quid me furoris icitā stimulis noui

BER. Parnasi:ubi colebat̃ apollo. Phœbe:nõ sũ ãp'ius tua:sed agãmẽnonis. Flãmas:quas igeris ad diuinationẽ. Cui:ad utilitatẽ:cuius nulla est cã cur debeã uaticinari. Furẽs:uaticinãs. Bacchor:isanio. Falsa:qa nõ credit̃ mihi. Vbi sũ:igredit̃ spũs qui sibi oẽm mẽtẽ mutat. Abditus:occultatus nõ ur̃ mihi. Gemino sole furiatis & ebriis oia uident̃ geminari. Argos:pr̃ia agãmẽnoni. Idea:montis ide ubi paris tulit sñiam iter deas. Furtiuũ.h.d.pp ægisthũ:sed ad similitudinẽ paridis. Agrestis:ægisthus nutritus i agris.nã

Q uid mentis inopem sacra parnasi iuga
Rapitis:recede phœbe:iam nõ sum tua.
Extingue flammas pectori infixas meo.
Cui nũc uagor uesana:cur bacchos furẽs
Iam troia cecinit falsa quid uates ago:
Vbi sũ:fugit lux alma:& obscurat genas:
Nox alta:& æther abditus tenebris latet.
Sed ecce gemino sole præfulget dies:
Geminũq; duplices argos attollit domos
Idea cerno nemora:fatalis sedet
Inter potentes arbiter pastor deas.
Timete reges:moneo:furtiuũ genus.
Agrestis ille alumnus euertet domum.
Q uid ista uecors tela feminea manu
Districta pfert:quem petit dextra uirum:
Lacena cultu ferrum amazonum gerens:
Q uæ uersat oculos alia nũc facies meos:
Victor ferarum colla uexatus iacet:
Ignobili sub dente marmaricus leo.
Morsus cruentos passus audacis leæ:
Q uid me uocatis sospitem solã e meis
Vmbræ meorum:te sequor tota pater
Troia sepulta:frater auxilium phrygum
Terrorq; danaũ:nõ ego antiquũ decus
Video:aut calentes ratibus exustis man9
Sed lacera mẽbra:& saucios uiculo graui
Fortes lacertos:te sequor nimium cito
Congresse achilli troile:incertos geris
Deiphœbe uultus cõiugis munus nouæ
Iuuat uidere tartari sæuum canem.
Iuuat per ipsos ingredi stygios lacus.
Auidiq; regna ditis:hæc hodie ratis
Phlegetontis atri regias animas uehet:
Victãq; uictricẽq;:uos umbræ precor.
Iurata superis unda te pariter precor.
Reserate paululũ terga nigrantis poli:
Leuis ut mycenas turba pspiciat phrygũ
Spectate miseri.fata se uertunt retro.
Instãt sorores sq̃lidæ:sãguiea iactãt uerba
Fert leua semiustas faces:ardẽtq; pallẽtes
Et uestis atri funeris exesa cigit ilia (genæ.
Strepĩtq; nocturni met9:& ossa uasti cor (poris

cũ natus esset ex pelopeia ob pudorẽ piectus ẽ:& a capris nutritus ẽ.unde nomẽ aegisthi assũpsit:nã egos capra dr̃: hic tandẽ ad regiã ductus agãmẽnonẽ a bello troiano redeuntẽ iterfecit una cũ clytẽnestra:ipse ãt tandẽ & clytẽnestra ab horeste iterfecti sũt. Q uid ista uidet: ẽt mulierẽ armatã securi more amazonũ. Districta: euaginata.

Lacena:habẽs cultũ lacedemoniũ. Ferrũ:securim amazoniã. Q uæ uersat:tertia imago offert̃ sibi uidet leonẽ uictorẽ ferarũ lacerari ab una leena. Facies:apparentia.

Marmaricus:magnus:ut sũt i marmaria regiõe uersus egyptũ.hic erit agãmẽnõ uictor qa mulier̃ occidet̃. Ignobili:uili & fœmineo. Q uid me:nũc accedit ad diuiatione de morte suorũ & ipsiusmet. Vmbra:aie:uidebat̃ ita sibi uidere suos. Pater priame. Solã:qa oẽs me mortui sũt excepta me. Troia sepulta:itereptis oib9 nr̃is. Frater:hector appositiue auxiliũ & terror: uidebat̃ illi uidere hectorẽ. Exustis:nã hector ignẽ tulit ad naues græcorũ nõ uideo te nũc talẽ sed laceratũ. Troile:frater q adolescẽtulus cõgressus cũ achille itereptus ẽ. Incertos: q non possũt cognosci:nã ut scribit Virgi.i.vi.æneí.trũcis naribus & auribus & umbra deiphœbi apparuit eneæ. Munus:domũ nouæ cõiugis helenæ q̃ post mortẽ paridis illi nupserat:& supma nocte illũ pdidit dicẽte Virg.Intra tecta uocat danaos & limia pãdit. Canẽ:cerebrũ. Auidi: q oia deuorat. Hæc ratis:cymba carõtis quã uidebat̃ uidere:hodie uehet aias regias:itelligit aiam agãmẽnonis a ctã.i.ipulsam uiolenter ex corpore:nã occisus fuit ferro.

Virgilius

Victã.s.meã & uictricẽ agãmẽnonis. Iurata unda:stigiã paludẽ itelligit:rogat deos ut aperiãt terrã ut aiæ troianorũ possint uidere uindictã de morte agãmennonis.

Terga:supficiẽ terræ:nã ipsi sũt in cẽtro. Poli nigrãtis: cœli uestri ifernalis obscuri. Leuis:sine corpore:nã aiæ icorporeæ sunt. Mycenas:ubi occidet̃ agãmẽnõ: nã ut iquit iuuenalis. Vidicta bonũ uita iucũdius ipsa. Spectate:uertit sermonẽ ad aias troianorũ. Fata:dii q nobis fuerãt inimici:nũc se uertũt cõtra græcos. Sorores:furiæ de qbus diximus. Leua:sinistra. Ilia.s. furiarũ apparat se cũ habitu mortifero. Nocturni:qa solẽt errare in nocte.

Vasti:gigantum qui sunt in principio inferni.

DAN. Fatalis.capitalis patriæ & nobis. Fæmiea manu:ad clytẽnestrã ptinet hoc uaticiniũ. Ferrũ bibẽnẽ: armant̃ securibus & peltis amazões ut tradit apollonius i .ii.& Pẽthesilea amazonũ regina teste Pli. iuenit securi prima. Ferarũ:troianorũ. Marmaricus leo: agãmẽnõ.

Deiphobe:deiphobus priami ex hecuba filio cui nupsit helenæ post paridẽ q̃ dictio cũ græce sit Δηιφοβοσ nullo mõ latine deipheb9 dici põt:ut docet passim lectio homerica:põt ãt iterptari fuga uastatiõis nã φοβοσ fuga & Δηιζω populor sed prius dicebat̃ deiphobus. Victã & uictricẽ:ibimus æq̃ sorte & necessitate uicti pariter & uictores i ifernũ hodie:oẽs.n.una mãet mors & tẽptãda semel uia leti:recte meminit Oratius nũerosus & doctissimus i tertio carminũ.æq̃ lege necessitas sortit̃ isignes & imos.Oẽ capax mouet urna nomẽ. Iurata: passiue posuit participiũ absoluto. Poli:improprie dictum.

BER. Senex:tãtalus qui adeo tristabatur ut sitis sue nõ recorderetur propter Agammẽnonem nepotem suum. Futuro:morte agammẽnonis futura. Pater: auctor tro iæ econtrario letabatur dardanus in uindictam suorum. Cadit:nam phœbades decedente spiritu:ut scribit Vir gi. Examines relinquebantur. Releuemus:dicunt mulieres troianæ. Entheos:concitatos spiritu. Victrice: dat locum sequenti sceue.

Andem:Hic est quartus actus ĩ quo reditus agãmennonis in urbem:ueniens agammennon uidit cassandram exanimam:iubetq; eã refociliari aqua ut reuiuiscat: demũ cum resipiscisset : uaticinatur sine furore mortem agammennonis. Gelido latice: aqua frigida. Marcente:deficiente. iam incipit leuari. Festus & troiæ:uidetur dicere de una re & intendit aliam: troia habuit diem festum & ideo prodita fuit quando missus ẽ equus. Pater:etiam priamus occisus est ante aras. Arceum:etiam pater meus ante aras iouis arcei ĩteremptus est. Credis loco:cum sim mycenis tu respondes tanquã sis troiæ. Helena:quæ semper est causa ruine:sed intelligit a simili clytemnestram. Libertas:ut inquit Cicero:ne scit seruire qui uoluit mori. Non timet:quod nõ credis.

Helena.

Hanc:credit agammennon ipsam furiatam:unde imperat famulis ut illam teneant donec cesserit furot. At te: uertit sermonem ad iouem. Sororem:iunonem. Polẽtis:potentis omnia. Viri:mariti. Donis:thure. Fibra: pars pro toto:idest uictima.

DAN. Futuro funere:nepotis agammennonis. Flexo gradu:cernuus & procumbens quod græci dicunt ὀκλάξ Apollonius in tertio de tauris quos domuit iason. τὸν δὲν χθονὶ καββάλλεν ὀκλάξ ῥίμφα ποσὶ πόδα κρούσας χάλκεον.

Andem reuertor:Secunda pars agammẽnonis iam agit & quartus actus in quo lætus uictoria & diues troiana ꝑda agãmennon reuertit Mycenas. lassam aũt Cassãdrã relicto spiritu apollonico ĩuitat ad communem deorũ cultũ:id quod renuit cassandra ante aras iouis herei immisericorditer & turpiter patrem ꝓcubuisse recordata. Refouete gelido latice:aquã in faciẽ insufflate donec redeat in se. Marcẽte:natante. languido. Herceus iuppiter:quemadmodũ ĩ nostra castigatione monuimus colebatur intra domestica septa quẽ aliter deũ penetralẽ appellabant. Pellisq; nubes:in manu est iouis & cogere & pellere nubes inde homerus sæpissime uocat iouem nepheligeretã παρὰ τὸ ἀγείρω & νεφέλη quasi congregans nubes aliter dici solet iuppiter nephelodes idest nubibus. Ad quem:rhomæ erat tẽplum iouis feretrii cui ferebantur spolia hostilia conditũ a rhomulo ut tradit Plutarchus. Hic autem Seneca uidetur ut assolent poetæ locutus κατὰ τὴν πρόληψιν ad tẽpora sua.

Corupta lõgiquo situ palude limosa iacẽt.
Et ecce defessus senex:ad ora ludẽtes aq̃s
Nõ captat oblit9 sitis mœst9 futuro fũere:
Exultat & põit grad9 pr̃ decoros dardan9
Cho. Iã peruagatus ipse se fregit furor:
Caditq; flexo qualis ante aras gradu
Ceruice taurus uulnus incisa gerens.
Releuemus artus entheos tandem suos.
Victrice lauro cinctus agammẽnon adit.
Coniunxq; pariter obuios illi tulit
Gressus:redit iuncta concordi gradu.

Act9. iiii. Agãmẽnõ Cassan. Agã. loq̃tur.

Andẽ reuertor sospes ad prios lares
O cara salue terra:tibi tot barbaræ
Dedere gentes spolia:tibi fœlix diu
Potentis asiæ troia summisit manus.
Cur ista uates corpus effusa ac tremens
Dubia labat ceruice:famuli attollite.
Refouete gelido latice: iam recipit diem
Marcente uisu:suscita sensus tuos.
Optatus ille portus erumnis adest
Festus dies est.
Cas. festus & troiæ fuit:
Agam. Veneremur aras
Cas. Cecidit ante aras pater.
Agam. Iouem precemur pariter
Cas. Herceum iouem?
Agam. Credis uidere te Ilium
Cas. Et priamum simul:
Agam. Hic troia non est:
Cas. Vbi helena est:ibi troiam puto:
Agam. Ne metue dominam famula:
Cas. Libertas adest.
Agam. Secura uiue.
Cas. Mors mihi est securitas:
Agam. Nullum est periculum tibimet.
Cas. At magnum tibi est.
agam. Victor timere quid potest?
cas. Quod non timet.
agã. Hãc fida fãuli turba dũ excutiat deũ
Retinete:ne quid impotẽs peccet furor.
at te pater:qui sæua torques fulmina:
Pellisq; nubes:sidera & terras regis:
ad quẽ triũphi spolia uictores ferunt.
Et te sororem cuncta pollentis uiri
argolica iuno:pectore uotiuo libens
arabũq; donis:supplice & fibra colam.

Chorus græcorum.

Rgos nobilibus nobile ciuibus
Argos iratæ carum nouercæ:
Semper ingentes educas alumnos:
Imparem æquasti numerum deorum.
Tuus ille bisseno meruit labore
Adlegi cœlo magnus alcides.
Cui lege mundi iuppiter rupta:
Roscidæ noctis geminauit horas
Iussitq; phœbum tardius celeres
Agitare currus: & tuas lente
Remeare bigas candida phœbe.
Retulitq; pedem alternius nomen
Stella quæ mutat seq; mirata est
Hesperum dici: aurora mouit
Ad solitas uices caput: & relabens
Imposuit senis humero mariti.
Sensit ortus: sensit occasus:
Herculem nasci: uiolentus ille
Nocte non una poterat creari:
Tibi concitatus substitit mundus:
O puer subiture cœlum.
Te sensit nemeus arcto:
Pressus lacerto fulmineus leo:
Ceruaque parasis.
Sensit archadii populator agri.
Gemuitq; taurus dictæa liquens
Horridus arua.
Morte fecundum domuit draconem
Vetuitq; collo pereunte nasci.
Geminosq; fratres pectore ab imo
Tria monstra natos stipite incusso
Fregit insultans: duxitq; ad ortus.
Hesperiumq; pecus geryonis.
Spolium triformis. Egit treicium gregé.
Quem non strimonii gramine fluminis
Hebri ue ripis pauit tyrannus.
Hospitum dirus stabulis cruorem
Præbuit sænis: tinxitq; crudos
Vltimus rictus sanguis aurigæ.
Vidit hippolyte ferox.
Pectore e medio rapi spolium & sagittas:
Nube percussa stymphalis alto
Decidit cœlo
Arborq; pomis fertilis aureis
Extimuit manus insueta carpi
Fugitq; in auras leuiore ramo.
Audiuit sonitum trepidante flamma

B a Rgos: Introducitur Chorus laudans argos a nobilitate regum: quod probat p labores herculis. Versus est asclepiadeus: sed iterdum mutatur. Carũ: quia ibi colitur. Nouercæ: iunõi. Imparẽ: quar̃ addidisti herculẽ cœlo. Bisseno: duodecĩ. Adlegi: ad supa bũdat. Roscide: humide: nã ut uidimus: Iuppiter geminauit noctẽ quãdo generauit herculẽ. Retulit: hesperus iussus ẽ nõ uenire. Nomẽ: dum deberet uocari lucifer appellatus ẽ hesperus. Alternius: aduerbiũ ẽ uicisim. Hesperũ nã bis steterit & bis hesperus appellatus est. cũ lucifer de mane appellari soleat. Aurora: eodẽ modo fecit aurora quæ dormiebat apud titonẽ maritũ. Vices: ut ueniret more solito. Relabẽs: iterum cadens cũ capite redibat ad maritum: nã cũ surgit aurora: ut scribit Virgilius dicitur relinquere cubile Titoni: unde scribit Titoni croceum linquens aurora cubile. Senis: titoni mariti sui. Sensit quia geminata ẽ nox. Substitit: firmauit sequi semper moueri solet: Tibi: propter Nemeus: leo in nemea silua duodecim isti labores in Hercule furẽte explicati fuerũt. *Nemeus*, Parasis: archadicha. Populator: uastator apcr. Dictea cretensia. Fœcundũ: renascentem: idram intelligit. Geminosq; fratres: gerionem intelligit hispanum. Stipite: claua icusa supra caput gerionis & fratres quos geminos appelllat: cum essent tres sed proprie gemini sunt nati eodẽ ptu: Treiciũ intelligit diomedẽ & equos suos equos pascebat carne hũana. Vltius. s. ipse diomedes q ab hercule equis suis appositus ẽ ad comedẽdũ. Rictus: ora equorum. Aurige: ibi aurigã ponit pro diomede. Hyppolite: regina amazonum. Spoliũ: balteum quo erat cicta. Stimphalis. aues stymphalides sagittis confecit hercules. Arbor: intelligit ortos hesperidum aureis pomis spoliatos. Leuiore: spoliato pomis: nam prius pendebat propter onus.

D a Rgos: Octauum carmen quod asclepiadeo modo sapphico inscribitur metro modo etiam archilochio dimetro argos laudibus p sequitur uoce cãtãtis chori. Ciuibus: presertim hercule q ab euicto orbe superis allegatus ẽ & inuita iunone apotheosim cõsequutus. Rosidæ: roriferæ & humectæ. Geminauit: extendit triplicauit lucretius thebas Alcmene qua dum frueretur olimpi rector luciferum ter iusserat hesperon esse triplicauit noctem iuppiter dum patraret magnum opus & ut suus daretur deliciis terminus nõ breuis. Nocte nõ una: nã sicut breue opus cito pficitur ita magnũ opus nõ nisi longo tempore perfici potest. Geminos fratres exponũt nõ nulli p geryonẽ nõ placet. Vidit hippolite: hercules Melanippem amazona dilexit & dilecta est potitus hippolyte eius soror uerita ne alio auferret infinita misit munera herculi & zonã uariã auctor Apollonius rhodius i secundo argonauticon: ἱππολύτη ζωστῆρα παναίολον ἐγγυάλιξεν. ἀμφὶ κασιγνήτης ὁλᾶ πημόνα πέμπεν ὀπίασω &c. Arborq; pomis athlas rex pascebat oues purpurea lana has rapuit hercules ide occasio data fabulæ ẽ de aureis pomis quæ græce dicunt τα μῆλα. Id quod est mediũ ouis & põi uocabulũ

BER. Frigidus custos:serpẽs peruigil ad custodiã orti audiuit herculẽ cũ ignibus:quãdo spoliauit ortũ. Plenus:onustus illis pomis. Tractus:cerberũ itelligit ad supos tractũ. Triplici:quia tria capita habebat. Mẽdax fallax:nã præciũ neptũo & apollini negauit q pergama struxerãt. Succidit:cecidit. Arcus iterũ:nam fatatum erat troiam non posse capi iterum sine sagittis herculis:qd factum fuit ut supra narrauimus cũ philotetes illas haberet:

Es agitur:Hic ã quitus actus ĩ quo habetur mors
r Agãmẽnonisque nõ potest agi ĩ scena sed tractatur p uisionẽ & uaticiniũ cassãdræ. Magna:qꝺ nõ fuit talis troiæ ĩ decẽ annis. Preciũ:qa uides uĩdictã hostis. Vicimus:qa hostis occidit. Traxisti:sicut coruisti:ita nunc coruit rex mycenarum. Dat terga:qa fugit. Tã clara:nunq̃ uidi p uaticiniũ tã clarã rẽ. Prouide:ãte uidẽtis. Furor:uaticiniũ. Nõ fallit:quia itersũ & uideo Spectamus:describit ordinẽ rei:paratur cõuiuiũ agamẽnoni qd erit tale sicut fuit troiãis qui credẽtes græcos discessisse letis cõuiuiis uacabãt:& illa nocte capti fuerũt. Ostro iliaco:purpura quam ex pda troiana habuit. Auro:bibũt pateris quas oli habuit assaracus rex troianorũ. Sublimis:ĩ sede alta sedet agãmẽnon. Exuuias:ornatus ueste quæ fuit priami regis. Detrahere cultus: uestẽ clitẽnestra ĩstabat ut depõeret illã uestẽ:& sumeret aliam quã ppriis manibus texuerat. Hostiles troianos. Exul: Aegistus:timeo referre q̃ uideo.clytẽnestrã & aegistũ parare mortẽ agãmẽnoni. Fata:ipsa mors. Domini: agãmẽnonis. Cruor:cũ essẽt ĩ mẽsa:sãguis miscebitur uino. Mortifera:clytẽnestra ĩferẽs mortẽ. Exitũ:quia nõ poterat educere mãus ex illa ueste. Manibus: p manicas. Sinus laxi:largi nõ pmittunt exire caput. Semiuir:Aegistus timidus haurit.i.aperit latus agãmẽnonis:nec magnũ uulnus facit quia ĩ medio uulnere stupebat nec audebat pficere facinus. At ille.s.agãmẽnon erat tanq̃ aper hispidus.i.septuosus & horridus qui captus laqueo cum plus trahit tãtomagis ligatᷣ. Casse:laqueo. Arctat:stringit. In cassũ:frustra quare non põt. Dissicere: frangere. Cæcos:clausas uestes. Implicitus:iplicatus ĩ hac ueste. Hostem:a quo percussus erat:sed non uidet. Tyndaris. clytemnestra.

DAN. Fuluo metallo : piphrasis auri. Dardãiæ:troiæ Quot annis:scilicet nunc concidit.

Es agitur:Sãguis fũditur agamẽnonis mãu ægi-
r sthi adulteri sceleris duce & magistra fœmia occiditur & Cassandra uexatur minis maternis electra filia queritᷣ ad cædẽ:Orestes cæterũ p sororẽ occultatus ẽ ut maternæ necis occasiõe paternã ulciscatur quintus actus Carmẽ uero nonũ & ultimũ qd scribitur metro archilochio tota hæc ultima pars de ἠλέκτρα Sophoclis usurpata. Par ãnis decẽ: nõ minoris ruinæ q̃ quæ illata ẽ troiæ spacio annoꝝ decẽ. Preciũ furoris:ĩ preciũ uaticinii sit cædes agãmẽnõis. Fidæ: sarcasmos. Exul auget ĩ adultero maliciã. Induta:iposita. Victũ ĩpeditũ. Haurit:ferit poeta p tunicã squalẽtem auro latus haurit aptũ. Penitus:in altũ pene itus. Inuii cõsutiles sine exitu. Semiuir:insultatio in meticulosũ mæchum. Armat bipẽni:apud sophoclẽ lamẽtans electra ĩ hæc uerba accedit ad hanc partẽ.o mihi misera multas adas lugens & multũ pectus sãguinolẽtũ feriens q̃tũ miserũ meũ parentẽ defleo quẽ ad barbarã terrã cruẽtus mars nõ pemit mater & mœchus ægisthus cruẽta securi perimunt ut solent calones quercũ scindere. ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι σχίζουσι κάρα φοινίῳ πελέκει &c.

Frigidus custos nescius somni.
Linqueret cum iam nemus omne fuluo
Plenus alcides uacuum metallo.
Tractus ad cœlum canis inferorum:
Triplici cathena tacuit nec ullo
Latrauit ore lucis ignote
Metuens colorem:te duce succidit
Mendax dardaniæ domus:
Vt sensit arcus iterum timendos:
Te duce concidit totidem diebus.
Troia:quot annis.

Actus quitus. Cassandra loquitur.

r Es agitur int⁹:magna par ãnis decẽ
Heu quid hoc ẽ:aie cõsurge & cape
Precium furoris:uicimus uicti phryges
Bene est:resurgis troia:traxisti iacens
Pares mycenas:terga dat uictor tuus:
Tam clara nunq̃ prouide mentis furor.
Ostendit oculis:uideo:& intersũ:& furor:
Imago uisus dubia non fallit meos
Spectamus:epulæ regia instructę domo.
Quales fuerunt ultimę phrygibus dapes
Celebrantur:ostro lectus iliaco nitet.
Merumq; in auro ueteris assaraci trahũt.
Et ipse picta ueste sublimis iacet:
Priami superbas corpore exuuias gerens.
Detrahere cultus uxor hostiles iubet.
Induere potius coniugis fidę manu
Textos amictus:horreo atq; aio tremo.
Regem ne perimet exul:& adulter uirũ:
Venere fata:sanguinem extremę dapes
Domini uidebũt:& cruor baccho icidet.
Mortifera uinctum perfidę tradet neci:
Induta uestis exitum manibus negat.
Caputq; laxi & inuii claudunt sinus.
Haurit trementi semiuir dextra latus:
Nec penitus agit:uulnere ĩ medio stupet.
At ille:ut altis hispidus siluis aper.
Cum casse uinctus:tentat egressus tamẽ
Arctatq; motu uincula & in cassum furit
Cupit furentes undiq; & cæcos sinus
Dissicere:& hostem querit iplicitus suũ.
Armat bipenni tyndaris dextrã furens.

BER. Qualis:facit queãdmodũ is q uult ferire taurũ ãte aras:prio notat locũ in quẽ uult ferire. Librat : el leuat. Habet percussus ẽ:dũ hæc dicit uidet clytẽnestrã pcutientẽ:antiqui dicebãt absolute:habet.i.pcussus ẽ. Pendet:qui in totũ nõ potuit abscidere. Murmure:nam adhuc cades murmurabat. Recedũt:nunc au det Aegisthus ipso Agamennone perempto. Adiuuat.i.clytẽnestra. Respõdet:suis cõuenit & similis est maioribus suis. Thieste.s.pfido. Helene.s.scelerate quæ deiphœbũ maritũ lacerare fecit. Stat:sol obsce

Qualisq; ad aras colla taurorum prius
Designat oculis:anteq̃ ferro petat:
Sic huc & illuc impiam librat manum:
Habet peractum est:pendet exigua male
Caput amputatũ parte:hinc truco cruor
Exundat:illinc ora cum fremitu iacent.
Nundum recedũt:ille iam exanimẽ petit
Laceratq; corpus:illa fodientẽ adiuuat.
Vterq; tanto scelere respondet suis.
Hic est thyestes natus:hæc helenæ soror.
Stat ecce titan dubius e merito die
Sua ne currat an thyestea uia. Electra.

f Vge o prñe mortis auxiliũ unicũ.
Fugito:scelestas hostiũ euita mãus
Euersa dom9 ẽ fũdit9:regna occidũt
Quis iste celeres cõcitus currus agit:
Germane uultus ueste furabor tuos:
Quos aie demẽs refugis:externos fugis:
Dom9 fugiẽda ẽ: põe iã trepidos metus
Oresta:amici fida præsidia intuor.

Strophius Electra. Stro. loquitur.

p Hocide relicta strophius:elea iclyt9
Palma reuertor:causa ueniendi fuit
Gratari amico:cuius impulsum manu
Cecidit deceni marte concussum ilium.
Quæ nã ista lachriis lugubrẽ uultũ rigat
Pauetq; mœsta:regiũ agnosco genus.
Electra luctus causa quæ læta in domo ẽ:
El. Pater perẽptus scelere materno iacet:
comes paternæ quæritur natus neci.
Aegistus arces uenere quæsitas tenet.
Stro. O nulla longi temporis fœlicitas:
el. Per te parẽtis memoriã obtestor mei:
Per sceptra terris nota:per dubios deos.
Recipe hũc orestẽ:ac piũ uultũ occule:
Stro. & si timẽdũ cæsus agãmẽnon docet:
Aggrediar:& te oresta furabor libens.
Fidem secunda poscunt:aduersa exigunt.
cape hoc decorum ludicri certaminis
Insigne frontis:leua uictricẽ tenens
Fronde uirenti:protegat ramo caput.

lus firmauit se dubius an debeat fugere & obscurari quẽ admodum fecit quãdo thiestes comedit filios:unde dicit Thiestea uia.s.p quã fugit propter scelus thiestis.

f Vge:eletra filia Agãmennonis uidẽs patrẽ mortuum fratri oresti cõsulit ut fugiat seruetq; se ab iniqua parẽte ut poscit ulcisci mortem parentis. Hostium.s.aegisti & clytẽnestre. Quid iste.uidet strophium ueniẽtẽ timetq; quo possit occultare fratrem cũ sibi ois fides dubia sit strophius autẽ fuit rex phocẽsis pater pyladis amicus & cõsanguineus agammẽnonis q clã mycenis. Orestẽ seruandũ sub traxit. Furabor: occultabo ne uideãt. Domus domestici & mater ipsa:unde nõ sunt fugiendi externi. Intuor:uideo strophiũ amicũ nr̃m

p Hocide ueniebat strophius ut agãmẽnonẽ amicum suũ uiseret uictorẽ ex bello troiano redeuntem: ipseq; letus erat quia palmã habuerat i ludis olimpicis. Elea:corona habita apud elidemẽ ciuitatem i certamie iouis olipici. Cõcussũ fractũ. Quæ nã: sedcũ appropinquaret uidit elettrã uirginẽ plorantẽ:rogatq; causã luctus sui. Natus:orestes queritur ut iterficiatur. Venere:adulterio matris. Longi tẽporis: ut iquit poeta magni breuis est fortuna fauoris. Dubios: icertos. ita tibi posset accidere. Etsi:q̃uis uideãq; illi potuerunt opprimere potẽtissimũ regẽ:tũ accipiam puerum seruandũ. Timendũ.s.esse. Furabor: occultabo. Fidẽ:notabilis sentẽtia:poscunt quasi inuitat. Exiguunt:quasi debitam:nam nullis calamitatibus debet mutari fides. Cape:dat puero insignia quæ habuerat in certamine olimpico ramum palmæ & coronam. Leua:mãus sinistra. DAN. Habet:metaphora a Venatore qui habet i cassibus ferã. Emerito:quasi iã pfecto.

f Vge:apud Sophoclẽ subducitur cõscia Electra puer orestes & occultatᷓ a fido pædagogo o puer quẽ ex cæde patris a tua sorore recipiẽs seruaui & enutriui usq; ad hoc ætatis ut fores ultor cædis paternæ nunc Oresta & tu charissime hospitũ pilade cõsulendũ ẽ quid fieri oporteat.&c. τι χρὴ δρᾶν ἐν τάχα βουλευτέον.&c. Euita:caue. Hostiũ:matris & adulteri. Domus:pater tuus Colũmẽ domus. Quos aie:correctio ẽ i se ipsã.& ẽ i hoc pscenio præparatio sequẽtis scenæ apte quæsita.

p Hocide:clytẽnestra Orestẽ isectabatᷓ ut occideret cũ patre opportũe igitᷓ pcedit Strophius cuius fidei creditus puer occultetᷓ. Electra uero ad Cassãdrã cõfugiet ẽ autẽ secũda pars noni carminis loqtᷓ strophius secũ ueniẽs phocide. Venerᷓ:adulterio capitali partas. Et si timẽdũ:apte ostẽditᷓ fidi hospites itegritas atq; cõstãtia q i aduersis nõ det terga sed se ultro auxiliatorẽ offerat & amicũ fidelẽ. Oresta:uocãdi casus a græca iflexiõe detortus eorũ quæ hẽt .τ. i ultima sic apud sophoclem νῦν οὖν ὀρέστα καὶ σὺ φίλτατε ξένων πυλάδη &c. Fidẽ secũda:pspa eni fortũa facile ãicos i uẽit aduersa piclitatᷓ & pbat. Ludicri certaminis:lusorii certãinis q hercules istituit in fũerᷓ pelopis & uictorẽ i ipo ludicro apio corõari. ludicrus.cra.crũ.secũdæ iflexiõis. At prisciãus tercia eẽ inuit.aludo deriuatũ ẽ aut qđ cũq; lusoriũ & iocularᷓ

BER. Pisei:qui apud pisam colitur hoc erit ad tegẽdũ uultum ne quis cognoscat:& auguriũ futuræ uictoriæ.
Condisce:o pilade fili qui mecum es in curru exemplo mei disce amicitiam colẽdam esse. Vos:uertit sermonẽ ad equos suos:dicens equi qui fuistis citi ad palmã nunc estote uelociores ut hinc fugiam. Teste: in conspectu omnium græcorum. Precipiti:ueloci. Opperiar:expectabo:postq̃ abiit frater. Victrix:clytemnestra dicẽs hæc audit matrem egrediẽtem ut interficeret horestẽ. Præse ferunt demõstrant. Concedã:ibo ad aras ubi ẽ Cassãdra:& eam alloquitur. Vittis:quibus ligabãtur qui imolandi erant:& qui sacrificaturi diis præces fundebãt. Paria:similia:ut tu scilicet mortem.

h Ostis parentis Arguit clytẽnestra filiam eletram ꝙ uirgo audeat uenire in turbã uirorum. Parentis:mei:matris tuæ. Impiũ:appositio est. Gnatam similem tibi:indignatiue loquitur. Modestius: scilicet loquere. Doces:scilicet audatiam nam audax nimiũ occidisti patrem. Agere fœminã.seruare morẽ fœminarum.s. esse mãsuetam. Malo:supplicio. Ferrum: hæc obicit matri. Nobis:quia tu loqueris ĩplurali quis est iste alter tuus, agãmẽnon qui tecũ rex sit: quibus par esse nõ possim. Tu uidua:tu loqueris tanq̃ regina ubi est rex tuus:nã sunt correlatiua rex & regina mortuo rege nõ ẽ regina. Edissere:iterrũpit uerba eletræ dic ubi sit frater tuus: Parentem.s.mortuum. Iuste:si iusta es mater satis debet esse quod est in tuto. parum.s.ꝙ sit in tuto:est tibi parum si uis illum occidere:q̃re non potest adimplere animum tuum. Hac.s.matris:& tangit manum. Decedo:ne habeas respectum occidẽdi me ante aras. Iugulũ:interfice me quo uis modo. Obsoletam: maculatam: eã. Ablue saguine:meo. Consors:loquitur aegistho tu nihil dicis quod ista sceletata nata tot iniuriis me prouocat:& fratrem abscondit.
DAN. Pisei iouis:olympici iouis in cuius honorẽ olympia celebrabãtur apud pisam & helidẽ quæ quito quoq; ãno fieri solebãt unde primũ cõputari p lustrum cœpta sunt tẽpora ab hercule institutore certaminis usq; ad primã olipiadem supputantur. cccc.xxx.anni. Aciem: cõspectum hostilem.

h Ostis:apud Sophoclem clytæmnestra arguit Electram impudẽtis & duri oris cõtra illa respondens aut discoate mater quãdo quæ uidi faciã indecentia sed nẽpe ex te ĩfelicia opera cogũt me talia moliri mala eni a malis discuntur. ἀισχροῖσ γαρ ἀισχρὰ πραγματ᾽ ἐκδιδάσκεται. &c. quoq; dẽ dialogo uidetur de idustria facta imitatio ob multorũ trãslationem in hac scæna quæ cõtinet Clytemnestræ ĩsectationes & iurgia imanissima cõtra electrã quæ cõfidentius matri respõdeat q̃ decet & filiã & uirginem adest ab alia pte ægisthus actius ĩsultãs & matris quã depudicauerat causã suscipiẽs ĩ puellã. Quis eẽ credat: apud Sophoclẽ ĩpudẽtiæ electræ his uerbis ĩsultat Clytẽnestra ὦ θρέμμ᾽ ἀναιδὲς ἦ σ᾽ ἐγὼ καὶ τἄμ᾽ ἔπη, καὶ τἄργα τἀμὰ πολλὰ ἄγαν λέγειν ποιεῖ. Fœmias ferrũ decet:ut iã cernere ẽ ferrũ cõuenit & cõcessũ ẽ fœminis nõ colus nõ pẽsũ: Nobis: correctio qd' melius dixisset mihi. Inuiæ qa dictũ ẽ a pricipio:quo more cœtus publicos uirgo petis.

Et ista demum palma pisei iouis:
Velamen eadem præstet: atq; omen tibi.
Tuq; o paternis assidens frenis comes:
Condisce pilade patris exemplo fidem:
Vos græcia nunc teste ueloces equi:
Infida cursu fugite præcipiti loca.
El. Excessit:abiit currus effreno impetu
Effugit aciem:tuta iam operiar meos
Hostes:& ultro uulneri opponam caput:
Adest cruenta coniugis uictrix sui.
Et signa cędis ueste maculata gerit.
Manus recenti sanguine:& nunc madẽt.
Vultusq; præse scelera truculenti ferunt.
Concedam ad aras:patere me uitiis tuis
Cassandra iungi:paria metuentem tibi.
Clytẽ. Electra Aegisthus cassan. cly. loq̃t
Ostis parẽtis,ipiũ atq; audax caput:
h Quo moř cętꝰ publicos uirgo petis
El. Adulterorũ uirgo deserui domũ
cly. Quis esse credat uirginem
El. Gnatam tuam. cli. Modestius cũ mře
El. Eia tandem doces.
Cli. Aios uiriles corde tumefacto geris:
Sed agere domita fœminam disce malo:
El. Ni forte fallor fœminas ferrum decet.
Cli. Et esse parem nobis demens te putas.
El. Nobis:quis iste ẽ alter:agãmẽnõ tuus.
cli. Indomita post hæc uirginis uerba iuręRegina frangam. Mitius interea mihi.
El. Tu uidua loquere uir caret uita tuus.
Cli. edissere ubi sit gnatus:ubi frater tuus
El. Exiit micenas.
cli. Redde nunc natum mihi
El. Et tu parentẽ redde.
cli. Quo latitat loco:
El. Tuto:quietus regna nõ metuẽs noua.
Iuste parenti satis:ac irate parum.
cli. Morieris hodie
El. Dum modo moriar hac manu:
Decedo ab aris:siue te iugulo iuuat
Ferrum mersisse:præbeo iugulũ uolens.
Seu more pecudum colla resecari placet.
Intentata ceruix uulnus expectat tuum.
Scelus peractum est cæde respersam uiri
Atq; absoletã sanguine hoc dextrã ablue.
Cli. consors periculi pariter:ac regni mei
Aegiste:gaudes nata genitricẽ impie

BER. Aure materna:que nõ sũt digna ut audiantur a matre: Monebit:indignatur uirgo quod moneatur a scelerato Aegisto. Demetere obtruncare:deberes istam furibundam interficere. Impiũ:ipie filie. Aut animum:scilicet reddat:reddeř aĩum ẽ emittere spiritũ & mori. Exigat euũ:traducat uitã. Pedore:sordibus foetens ꝑpter carcerẽ diuturnũ. Ante thalamos:ante cõiugiũ. Ethere:aspectu cœli. Sero quando nõ erit locus penitentiæ. Rudis:ignatus.qa ẽ aliud maius supplicium morte. Vita.s.ẽ peius q̃ndo qs cœpit mori.

Probris lacessit:abditum fratrem occulit.
Egi. Furibunda uirgo uocis infandæ sonũ
Et aure indigna uerba materna opprime:
El. Et iam monebis sceleris ĩfandi artifex:
Per scelera natus:nomen ambiguũ suis:
Idem sororis natus. & patris nepos:
Cly. Aegiste cessas impium ferro caput
Demetere fratrem reddat:aut animã stati
Abstrusa cæco carcere & saxo exigat
Aeuum per omnes torta pœnarũ modos.
Refere quem nunc occulit forsan uolet
Inops:egens:inclusa:pedore obsit:
Vidua ante thalamos:exul iuisa omnib9:
Aethere negato:sero succumbet malis:
El. Concede mortem.
Cly. Si recusares darem.
Rudis ẽ tyrãnus morte qui pœnã exigit.
El. Mortem aliquid ultra est.
Cly. Vita:si cupias mori.
Aripite famuli mõstrũ:& abductã procul
Vltra mycenas ultimo in regni angulo
Vincite septam:nocte tenebrosi specus.
Vt inquietam uirginem carcer domet.
At ista pœnas capite persoluat suo
Captiua coniunx:regii pellex thori:
Trahite ut sequatur cõiugẽ ereptũ mihi.
Cas. Ne trahite:uos ipsa præcedã gradus:
Perferre prima nuntium phrygib9 meis
Propero:repletum ratibus euersis mare:
Captas mycenas:mille ductorẽ ducum.
Vt paria fata troicis tulerit malis
Perisse dono fœminæ:stupro dolo
Nihil moratur rapite:qui grates ago
Iam iam iuuat uixisse:post troiam iuuat
Cly. Furibunda morere
Cas. Veniet & uobis furor.

Incipit Octauia.

Actus primus Octauia loquitur.

I Am uaga cœlo sidera fulgens

Aripite:impat famulis:ut uirginẽ ligatã ducãt ĩ carcerẽ Septã:circũdatã. Arista.s.cassandra:iubet ut hãc interficiãt. Captiua.q̃ uoluit eẽ cõiunx mariti mei. Sequať.s.ad ĩferos. Ne trahite:spõte ueniã:nã libens morior:ut ferã ui dictã troianis meis apud ĩferos. Repletũ:hoc erat nuntiũ q̃uo græci tẽpestate ꝑditi sunt. Captas.s.ab ægisto. Ductorẽ.s.agamanonẽ ĩterẽptũ. Mille:nam mille naues duxisse scribit:constructio est ad tertium uersum. Dono:ꝑp ueste datã a clytemnestra. Stupro:ꝑp adulteriũ Aegisthi: Rapite:cito me occidite. Iuuat:prius dolebam uiuere post patriã uictã:nunc gaudeo uixisse cum uiderim uindictam meorum. Vobis furor: uaticinatur: nam post mortem matris orestes furiis est agitatus.

I Am uaga:Claudius imperator romãus,post alias spõsas,ualleriam messalinã,barbari mesale cõsobrini sui filiã in matrimonium accepit,ex q̃ Octauiã & britãnicũ suscepit:postea cũ illã cõperisset super cetera flagitia atq; decora caiosilio nupsisse,supplicio affecit, inde Agripinã germanici fris sui filiam uxorem duxit. Octauiam filiã sylano despõsauit:quẽ postea nõ recusauit modo:sed & iteremit postea illã neroni,quẽ adoptauerat priuigno suo,collocauit mox illius cõsuetudinem nero aspnatus corripiẽtibus amicis sufficere illi debere respõdit uxoria ornamẽta. Tandem mox sæpe frustra strãgulare meditatus dimisit ut sterilem:sed improbãte diuortiũ populo nec parcente cõuitiis ẽt relegauit:deniq; occidit sub crimne adulterioꝝ.adeo ĩpudẽti falsoq;:ut in q̃one ꝑ negantibus cũctis Anicetũ pedagogũ suũ indicẽ subiecerit q dolo stupratã a se fateret. Popeã duodecimo die post diuortiũ Octauie in matrimoniũ acceptã dilexit unice:& tamẽ ipsa quoq; ictu calcis occidit:q; se ex aurigatione sero reuersum grauida & egra cõuitiis incesserat. Ibi aũt Octauia surgẽs iam apparẽte luce lamentatur fortunam suam & mortem patris sui ueneno necati:postea ueniens nutrix eam consolari nititur. Iam uaga: quæ non stant:monstrat principium lucis.

DAN. Occulit: nõ patefacit. Per scelera natus ex patre thyesthe & pelopea filia ut supius ostẽdit thyestes ipse Coacta fatis nata fert uteꝝ grauẽ Me patre dignum uersa natura ẽ retro. Vidua ante separata ab omni uiro & pẽitus delecta aspe coniugii. Aethere negato q̃si cui ĩterdictũ sit aq̃ & igni qđ erat damnatis cõe apud ueteres exitiũ. Negato æthere: negata luce. Cõcedet: q̃si quæ mihi sit istar mũeris. Morte: ꝑmoriet qđ. Mors sit breuis pœna.

I Am uaga: Latia tota ĩpatoris supercilii petulãtiã argũes dira cæde ĩ fecta polluta ĩsidiis parẽtalibus fœdæ libidinis irritamẽta cõtinẽs:& ob id in cæcã protrũpẽs rabiẽ et quodã uelut ĩ domito furore detonitãs titulus latia euphonia:Quæ situs ẽ dramatis partes pricipales tres. pima Octauiæ repudiũ secũda Neronis impietas. Tertia popeæ nuptialis põpa ĩ quiq; actus ut reliquæ itẽ distributa: Argumẽtum eius tale. Nero claudius Sextus claudii priuignus Senecæ discipulus a puericia usq; homo inquinatissimum ac uiciorum prope oĩum labe & infamia notatus octauiæ claudii ex Messalina. Filia connubio iam stomachatus quam prius Syllano desponsatam iubente claudio uxorem.

duxerat ut omnia exequitur ubertim & affatim suetonius in gestis & uita utriusque ad popeæ nuptias ex in tẽperãtia amoris animũ addixit quare consuetudinẽ Octauiæ cito aspernatus corripiẽtibus amicis & populo diuortium ĩprobante nec parcẽte cõuiciis popeam in matrimoniũ accepit dilexitq; unice & efflictim. Octa uiã sæpius meditabatur strãgulare tandẽ falso Aniceti pædagogi testimoniosus crimine adulterii in exilium coegit & necauit. popeam uero Antonia claudii filia pertemptata ictu calcis occidit. postea Aulũ plautium iuuenẽ cõcubitu cõspurcauit. Senecã arguẽtem mori iussit. sed iã ad Octauiam reuertamur. Exit itaq; primũ octa uia & soror & cõiunx Neronis ingemiscẽs & iniquam re pudii causã expostulans ĩ primulo crepusculo quo iam ua ga cœlo sidera fulgens aurora fugat. imitatio homerica & Vergiliana & quod pene oblitus fueram. Carmen pri mum metro pĩdarico dimetro catalectico inscriptum. est autem periphrasis causa ornandæ reique pulchra est: ut & iã prima nouo &c. & ĩ mille locis homerus ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς τιτώνοιο ἐκ λεκτροῖσι &c.

BER. Alcyones: de his dictum est in superiori tragœdia. Pãdionias: prognem & philomena oli filias pãdionis regis athenarũ. Vince. s. quæstu. Grauior: peior ẽ conditio tua. Semper genitrix. s. mesalina mortua: ut est apud tacitum. Prima: quæ existis cãæ omniũ malorum meorum. Sensus: si est anima alicubi. Vtinam: scilicet essem mortua antequã esses obtruncata. Grandeua: quæ habet multos annos. ideo dicitur immortalis. Lux: ille dies quo interempta fuisti. Tulimus: explicat miserias suas. Nouercæ: agripinæ. Illa: nouerca fuit tanquã furia quæ stygios ignes portauit in nuptiis meis: quando neroni filio eius coniuncta fui. Pater: claudii te quoq; boleto uenenato extinxit: ut scribit tranquillus & iuuenalis.
Modo: pauloante. Britanni: ut scribit Suetonius Claudius britannos sub ditione romana redegit. Iuris sui: qa legibus suis uiuebant. Tyranno: neroni qui imperium tuum suscepti uiolentus: cuiq; ipsa proles tua seruio.

DAN. Iam tibi: adonicus est. Prima causa: messalina scortorum illud pileatum ac spectabile simulacrum quã claudius reiectis herculanilla & elia petina duxit uxorẽ & ex qua suscepit octauiam & germanicum ut indicant tacitus & tranquillus: fuit autem Valeria messalina barbari messale consobrini claudii neronis filia. Nate: in quæstione est locus quomodo inuocet natum si dimissa sterilis a Nerone non placet mihi: Sed constitue ordinem sic o Messalina prima causa meorum malorum audi tristes questas natæ tuæ Octauiæ si quis inest sẽsus &c. cuius rei contentiosa est apud platonem disputatio & Ciceronem in catone. Tua ꝗ merens uulnera uidi: Messalina dum cum Matre esset in horto a tribuno confossa est iubente Narcisso nuncio claudii: Messalina inꝗ illa quæ teste plinio in. x. inter diem & noctem quinque & uiginti cõcubitibus mobilissimam prostitutis meretrice superauit. Nouerce: agripina per ius osculi sumpta est uxor a Claudio: cum iam nouisset cœlibatum tot reiectis nouisset & occisim antea uxoribus inimica semper octauiæ priuignæ. Teq; extinxit miserande pater: claudio cænati in arce cum sacerdotibus obtulit Agrippina boletum medicatum artifice locusta auidissimo ciborum per halotum spadonem prægustatorem. Ignoti: falsum: nam Iulius domuit sed nostris intelligit fortasse familiarum.

Aurora fugat: surgit titan
Radiante coma: mundoq; diem
Reddit clarum: age tot annis
Onerata malis: repete assuetos
Iam tibi quæstus.
Atq; æquoreas uince alcyones:
Vince & uolucres pandionias.
Grauior namq; fortuna tua est.
Semper genitrix deflenda mihi
Prima meorum causa malorum:
Tristes quæstus natę exaudi:
Si quis remanet sensus in umbris
Vtinam ante manu grandeua sua:
Mea rupisset stamina clotho:
Tua ꝗ merens uulnera uidi
Oraq; fœdo sparsa cruore:
O lux semper funesta mihi:
Tempore ab illo nox & tenebris
Inuisa magis. Tulimus sæuæ iussa nouercæ
Hostilem animum uultusq; truces.
Illa illa meis tristis erinis
Thalamis stigios prætulit ignes.
Teq; extinxit miserande pater:
Modo cui totus paruit orbis
Vltra oceanum.
Cuiq; britanni terga dedere:
Ducibus nostri ante ignoti Iurisq; sui.
Coniugis: heu me: pater insidiis
Oppresse iaces: seruitq; domus
Cum ꝑle tua capta tirãno. Nutrix.
f Vlgore primo captus & facili bono

B. f Vlgore: Conquestio nutricis de Octauia proponentis speculum uitæ humanæ: ut si quis confidat rebus humanis: uideat domum claudii patris octauiæ quam cõsolari uellem: nec uoces meas accipit
Fulgore: splẽdore regni qd uidetur pulcherrimũ. Fallaci: uidetur habere multa commoda cum habeat tot insidias: & mala.

D. f Vlgore: camen secundum metro archilochio trimetro catalectico dolet uicem Octauiæ nutrix quam arbitror esse lepidam amitam ipsius octauiæ & Neronis apud quam nero ipse ab infantia fuit educatus sub duobus pædagogis tonsore & Saltatore.

BER. Latentis fortunæ: icognitæ. nā nō ꝑuisa nocet. Liber: propter britānicos quos uicit. Rates. s. Claudii. Ora thanais: regiōes septētrionales. Iugo: seruituti romanæ. Cōiugis scelere: ueneno agripinæ. Mox illa. s. octauia soror & cōiunx gnati neronis cuius uenenis frater. s. Octauiæ britānicus occidit. Soror: octauia qn̄ nero maritus eius factus erat filius claudii p adoptionē. Viri: mariti neronis ꝑsuasi Octauiæ tegere irā: sed ipsa nō pōt. Quem. s. uirū. Secreta: ipsa solitaria. Flagrat: ardet. Dolētis. s. Octauiæ. Pietas: amor meus

Fallacis aulæ: quisquis attonitus stupet
Sub uno latentis ecce fortunæ impetu.
Modo ꝑpotentem cernat euersam domū
Stirpemq; claudii: cuius imperio fuit
Subiectus orbis paruit liber diu
Oceanus & recepit inuitus rates:
En qui ora thanais primus iposuit iugo.
Ignota tantis classibus texit freta
Et sæua maria: coniugis scelere occidit.
Interq; gentes barbaras tutus fuit.
Mox illa gnati cuius extinctus iacet
Frater uenenis: meret infœlix soror
Eadēq; coniunx: nec graues luctus ualet
Illa coacta tegere crudelis uiri:
Quē secreta refugit semper. atq; odio pari
Ardens mariti mutua flagrat face.
Animum dolentis nostra solatur fides.
Pietasq; frustra: mutat immitis dolor
Consilia nostra: nec regi mentis potest
Generosus ardor: sed malis uires capit:
Heu quā nefandū ꝑspicit noster timor:
Scelus quod utinam numē auertat deū.

Octauia. Nutrix. Oct. loquitur.

o Mea nullis æquanda malis:
Fortūa: licet repetā luct9 electra tuos
Tibi merenti cæsum licuit flere parētem:
Scelus ulcisci uindice fratre:
Tua quem pietas hosti rapuit
Texitq; fides.
Me crudeli sorte parentēs
Raptos prohibet lugere timor:
Fratrisq; necem deflere uetat:
In quo fuerat spes una mihi:
Totq; malorum breue solamen.
Nunc in luctus seruata meos
Magni resto nominis umbra.
Nu. Vox en nostras perculit aures
Tristis alumnæ: cessat thalamis.

Frustra: quia nō uult cōsolari. Dolor: qn̄ recordatᷣ mortis suoꝝ: mutātᷣ oia cōsilia quæ ei dederā. Generosus ardor: iflāmatio mētis octauiæ generosæ. Regi: moderari. Malis: uidēs se oia amisisse: nō timet ꝑdere plura. Heu quā: timet ne maritus iterficiat aut eā repudiet. Prospicit: a longe uidet.

o Mea: nūc exit octauia cōparās sua mala malis electræ filiæ agāmenonis iterempti: ut pauloante uidimus. Licuit flere: q̄ pars ē leuamēti doloris aperte flere suos: id ipsa facere non possum metu mariti. Fratre: scilicet Oreste qui matrem clytemnestram & aegysthū interfecit in ultionem patris. Rapuit: nam ut supra uidimus eletra occiso patre Orestem fecit fugere cōmittens illum strophio phocensi. Texit: idest occultauit. Crudeli sorte: nam Mesalina mater iussu parentis interrempta est: & ipse pater ueneno nouercæ periit. Timor: scilicet mariti. Fratris: scilicet britānici ueneno interempti. Magni nominis: claudii imperatoris. Vox: audiuit uocem Octauiæ secum conquerentis. Alumne: Octauiæ.

DANIEL. Fallacis aulæ: surgit in mentē ad hūc locum distichon elegantissimum quod scripsit ioannes salis bariēsis ad policratum si mihi, credideris. linguam cohibebis: & aulæ limina non intret pes tuus: esto domi. extrema nanq; miseria est colere aulas ambitiosum seruitutem seruire. inter domesticos insidiatores uersari: & quod omnium pessimā est flagiciosis officiis mancipari. de qua re elegantissimum compendium restat pii pontificis maximi: & præclarus liber polycratis qui pulcherrime omnis nugas & miserias curiales prosequutus est hortans ad philosophiā & uirtutum cultum capessendum. Ora tanais: Eutropius q eleganti compendio romanam tradit historiam scribit in sexto & Tranquillus in uita eius Tacitus Cornelius: Egesippus confirmant. Claudium primum post. C. cæsarem bellum intulisse britannis superbissimis & sæuissimis gētibus & deuicisse per. Cn. Sentium: & Aulum Plātium illustres & nobiles uiros: & inde filio suo britannici nomen imposuit. Mox illa gnati. Nero simulata reconciliatione cum matre eam reuocauit a baulis baias ad quiquatria inde machinosa naui redire iussit qua soluta in aquis concidit & enatauit incolumis. ligerinum nunciantem incolumen matrem iussit occidi. misso statim spiculatore qui matrem omnino necaret eo spacio maris quod est inter baulas & baias ut i quodā tetrastico epigrāmaticus uates pulchre testificatᷣ.

o Mea: Carmen tertium metropindarico introducitur alternatim Octauia plangens & nutrix consolans & simul & uindictam dissuadens quam parabat in uirum Octauia. Ex comparatione alienæ calamitatis artificiose suam exaggerat. Parentes: Claudiū & Messalinā Claudiū agrippina uox & nouerca octauiæ medicato boleto cōsilio locuste pemit p halotū spadonē messalinā tribunus iussu narcissi confodit in orto cum matre. Vmbra magni: nominis. parentibus & germano amplissimis nominibus ego sola relicta sum paruulū ueluti uestigiū & umbra ianis. Alumnæ: licet lepida nūq̄ nutrix erit octauiā: tn̄ absolute possumus ipsam adductā a Seneca de industria contectare. Cessat thalamis: quid moror adeam celerare gressus meos.

BER. Senectus:mea cessat ire in thalamũ eius. Excipe:ueni ad me ut audias luctus meos. Soluet: depões ne ullo tpe lachrymas. Qui.s.dies quo moriar. Nõ uota:nõ ut optas euenit nobis:sed ut uolunt fata. Nec capit fortunam:elatus fortuna seipsum moderare nequit. Infanda parens:scelerata agripina quæ claudiũ maritũ & britãnicum priuignum sustulit de medio ut Nero filius regnaret. Licet pudeat:quia matrẽ habet odio. Rependat:retribuat meritũ illi morte:nã matrẽ fecit mori:ut scribunt Tacitus & Tranquillus. Hunc titulũ: scilicet dedisse imperium filio per scelus.

Olleranda:dicit octauia sua mala nunquam posse finiri nisi morte enumerans illa flebiliter. Meæ famulæ:scilicet popeæ quam superduxit mihi maritus. Luce:uita.quia uellem mori. Sed sceleris:ne criminer falso. Absit:si occidar sine nomine criminis.accipiam mortem pro beneficio. Pena nam:uideo duriora morte. Iungere:ubiq; supple pœna grauior. Hosti: neroni osculari illum qui interfecit patrem & fratrem meum p Agripam eius matrem. Nutus:signa eius uoluntatis.

DANIEL. O miseranda:octauia quando dabitur unquam tibi ocium a tot luctibus. Nec fortunam capit:nescit mentem temperare ab insolenti lætitia. Parens: neronis ut imperaret. Nec fortunam capit ipse suam: uide q̃ cæcum & insanum reddidit neronem fortuna.teste nanq; Orosio:cuius uerbis & sensu.eo libẽtius utor q; scio christianum & magni discipulũ Augustini. Omnia prope italiæ & græciæ theatra perlustrauit.assumpto uarii uestitus dedecore.citharistas:tragœdos:aurigas:uisus est superare. uirum in uxorem duxit:ipse a uiro ut uxor acceptus est & rectas nuptias celebrauit:ræctibus aureis piscabatur purpureis funibus.nullam uestem bis iduit.nec unquam minus mille carrucis iter traditur confecisse.Deniq; urbis rhomæ incendium uoluptatis suæ spectaculum fecit. per sex dies septemq; noctes ardens ciuitas regios pauit aspectus auarissimus centies centena milia sesterciũ annua a senatu conferri sibi imperauit.plurimos senatorum nulla causa bonis priuauit.Crudelissimus plurima partem senatus interfecit equestrem ordinem prope destruxit matrem fratrem sororem uxorem prostrauit.Impiissimus. nam primus rhomæ christi sectatores mortibus affecit: beatissimos apostolos Petrum cruce.Paulum gladio interfecit.nefandissimus deniq; omnium qui sunt qui fuerunt aut qui futuri sunt sceleratorum Senecam præceptorem sanctissimum ad mortẽ compulit q̃uis persanctæ iuraret frustra se esse suspectum & potius periturum q̃ nociturum ei.

Olleranda:annectitur cum superiori.nãq; Octauia persistit in gemitibus & lamentis. Cæterũ sola discrepat metri qualitate quod est archilochium trimetrum cathalecticum.Collocutrices Octauia & Nutrix.Sola mors finiet nostra mala. Meæ famulæ: popeæ quam mihi par esset seruam dari. A fatis meis: ne moriar criminose.

Inferre gradus tarda senectus.
Oc.Excipe nostras lachrymas nutrix:
Testis nostri,Fida doloris.
Nu.qs te tãtis soluet curis miserãda dies:
Oc.Qui me stygias mittet ad undas:
Nu.omnia quæso sint ista procul.
Oc.Non uota meos tua nunc casus:
Sed fata regunt.
Nu.Dabit afflictæ meliora deus
Tempora mitis tu modo blando
Vince obsequio placata uirum.
Oc.Vincam sæuos ante leones:
Tigresq; truces:fera quam sæui
Corda tyranni.
Odit genitos sanguine claro:
Spernit superbos humilesq; simul.
Nec fortunam capit ipse suam.
Quam dedit illi per scelus ingens
Infanda parens:licet ingratum
Dire pudeat munere matris.
Hoc imperium cepisse licet.
Tantum munus morte rependat
Feret hunc titulũ post fata tamen
Fœmina longo semper in æuo.
Nu.Animi reprime uerba furentis:
Temere emissam comprime uocem.

Octauia.Nutrix.Octa.loquitur.

Olerãda q̃uis patiar haud q̃ant unq̃
Nisi morte tristi nostra finiri mala:
Genitrice cæsa:p scelus rapto patre
Orbata fratre miseriis:luctu obruta.
Mœrore oppressa:coniugi inuisa:ac meæ
Subiecta famulæ:luce non grata fruor
Trepidãte semper corde:nõ mortis metu
Sed sceleris:absit crimen a fatis meis.
Mors iuuabit:pœna nam grauior necest.
Videre tumidos:& truces miseræ mihi:
Vultus tyrãni:iungere atq; hosti oscula:
Timere nutus cuius obsequium meus
Haud ferre posset:fata post fratris:dolor

BER. Cuius imperiū.s.fratris britannici qui patri debebat succedere. Quā sæpe:additur alia pœna nunq̄ habeo quietē tranquillā semper mihi obuersatur imago ante oculos fratris interempti. Fratris ora.s. neronis q frater erat per adoptionē. Petit:inuadit. Modo: interdū. Hostis:nero:ita uidet̄ mihi. Inherenti:iuncto mihi dū uult uulnerare illū mihi inherentem:etiam me percutit:ut uidet̄ mihi in somno. Rapit:celeriter agit. Ex cutit:tunc excutior somno & īcipio dolere. Pellicē:popeam. Nitentē:ornatā. Cuius imunus:ī grām eius popeæ ipse uero īterfecit matrē. Imposuit stygiæ rati: nero ī posuit matrem naui solutili;ut cū illa esset in mari solueret̄ materq; periret in undis q cum esset apud baias effecit. illa imposita naui eademq; fracta natauit in lacum luchrinū & exiuit ad littus quod audiens nero misit libertū qui eam interficeret. unde dicit stygiæ rati:qui misit illam ad mortē

Scelerē interēpti:cuius imperium tenet.
Et morte gaudet auctor infandæ necis:
Quā sæpe tristis umbra germani meis
Offertur oculis:membra cū soluit quies:
Et fessa fletu lumina cum soluit sopor.
Modo facibus atris armat infirmas man9
Oculosq; & ora fratris infestus petit.
Modo trepidus idē refugit ī thalāos meos
Persequitur hostis:atq; inherenti mihi
Violentus ensem perlatus nostrum rapit:
Tūc tremor & īgens excutit sōnos pauor.
Renouatq; luctus & metus miserę mihi.
Addiice his supbam pellicē:nostre dom9
Spoliis nitentem:cuius in munus suam
Stygiæ parentem natus imposuit rati.
Quam dira post naufragia superato mari
Ferro interemit sæuior pelagi fretis:
Quę spes salutis post nefas tantum mihi:
Inimica:uictrix:iminet thalamis meis
Odioq; nostri flagrat:& precium stupri
Iustæ maritum coniugis captat caput.
Emergere undis & fer auxilium tuæ
Natę inuocanti genitor:aut stygios sinus
Tellure rupta pande:quo præceps ferar.
Nu. Frustra parentis inuocas manes tui
Miseranda:frustra.nulla cui prolis suę
Manet inter umbras cura:qui nato suo
Præferre potuit sanguinę alieno satum:
Genitamq; fratris coniugem captus sibi
Thoris nefandis flebili iunxit face.
Hinc orta series facinorum:cedes doli:
Regni cupido:sanguinis diri sitis
Mactata soceri concidit thalamis gener,
Victima:tuis ne fieret himeneis potens
Proh facinus ingens:fœminę mun9 dat9
Syllanus:& cruore fœdauit suo
Patrios penates:criminis factus reus
Intrauit hostis hei mihi: captam domum
Dolis nouercæ:principis factus gener.
Idemq; natus iuuenis nefandi ingenii
Scelerumq; capax:dira cui genitrix faces
Accendit:& te iunxit inuitam metu.

Seuior:nā mare pepercerāt & filius īteremit. Quæ spes quando interfecit matrē quæ spes potest esse mihi. Inimica:popea. Victrix:compos uoti. Iustæ coniugis.s.mei q̄ sum iusta uxor neronis. Emergere:emergaris. rogat patrem claudiū ut ueniat ab inferis ad auxiliū gnatæ:aut aperiat terram:ut ipsa possit descendere ad inferos. Frustra: octauia:frustra inuocans parētem mortuū qui etiam dū uiueret nullā curam habebat proprio℞ filiorum: nam petet quod neronem adoptauerat in imperium satū alieno sanguine. Nato suo.s.britannico. Genitam fratris: agripinam. Captus.s.amore. Flebili:quia postea ab ea est interfectus. Hinc:ex hoc illicito matrimonio. Gener:lucius silanus appositiue uictima huic desponsata fuerat octauia:accusatusq; fuerat q uolebat interficere imperatorem.

Tuis himineis:tuo coniugio. Fœminæ munus:nam gratia mulieris occisus est.s.agripinæ. Criminis: nā accusatus fuerat uelle interficere imperatorē. Intrauit hostis: scilicet nero. Gener:qui postea te accepit in uxorem. Et natus.s.per adoptionem. Nefandi ingenii:crudelis naturæ Capax:plenus omnibus sceleribus. Faces:propter matrimoniū:nam ipsa agripina uoluit neronem habere octauiam uxorem.

DANIEL. Infirmas:quia umbra interemit ueneno britannicum accepto a Locusta uenenariorum indica dum se cum cœnaret.ueritus ne quandoq; apud hominum gratiā paterna memoria præualeret. Infandæ necis: ueneni qd' cœnanti dari imperauit. Infestus:inimicus. Atq; inherenti &c.uideor neronem uidere britannico insultantem meo lateri adnitenti & inter meum latus ensem rapere. Tunc excutior & surgo attonita. Pellicem:mihi popeam

In cuius:munus natus idest nero stygiæ rati machinosæ & solutili:matrem redeuntem a baulis dolosa nauicula mādauit necari:ut supra uisum est in gratiam popeæ: sed liberam a naufragio percussor interemit gladio iussu neronio.

Stupri:scilicet mei:est autem stuprum in uiduam proprie etiam in puerum lex iulia statuit pœnam decem miliū stupratoribus puerorum nostris temporibus pœna est amputatio colli & rogus. Inimica uictrix:Codex uetustissimus habet:nutrix.ut sit uocandi casus. Iuste maritum coniugis captat caput. Sēsum est per ironiam:iuste sibi captat & allicit maritum meum in precium stupri. Frustra parentes:ne quicq̄ parentem inuocas qui uiuens ne dum mortuus nullam suæ prolis habuit curam. Sanguine alieno satum:te quem peperit Agripina Germanici filia de familia Domitia. Neroni filio Antoniæ qui decessit pyrgis morbo intercataneo. Principis factus gener:te ducta.

BER. Tanto ſucceſſu:tanta ꝓſperitate facta ferox:& inſolens auſa eſt aggredi ĩperiũ orbis : nã uenenato Claudio tradidit imperiũ filio neroni. Formas:diuerſitates. Fœminæ .ſ. agripinæ. Per gradũ: nam ſeriatim multa ſcelera fecit dũ tenderet ad regnũ. Tunc:qñ agripina ĩtrauit domũ ueſtrã:pieta; exiuit & intrarunt furiæ infernales. Extulit:portauit gradus.i.greſſus ſuos. Trepidos:feſtinos.
Vacuam:ſine pietate. Erimnis:furia. Polluit: cõtamĩauit. Furens:ipſa agripina furia diſſoluit oĩa iure naturæ.
Coniunx:ipſa agripina. Infœlix puer:britãnice. Columen:ſuſtentaculũ auguſte domus ĩperatoriæ: nam imperatores oẽs auguſti erant. Nouerca.ſ.agripina non potuit tenere lachrimas in funere tuo. Deo uolenti:cupidini aligero:nam forma ſimilis eras deo amoris. Ne cadat: interficiat ẽt me nero priuſq̃ ipm interficiam. Natura : quia tu es fœmina debilis. Obſequendo:complacendo ei blandiciis. Vt fratrem:ĩdignatiue.ſ.obſequar ut reſtituat fratrẽ mortuũ. Vt ſis.ſ.debes obſequi. Labentẽ:cadentẽ. Sobole:filiis ex te genitis. Fata germani:expecto id quod accidit fratri:ut ipſa quoq; interficiat. Confirmet:ne timeas mortem:nam cũ ſciat nero te eſſe dilectam a toto populo non audebit te interficere. Non leuat:non tollit. Coniugem:conſiderabit te eſſe uxorem ſuã. Pellex:popea. Iuuenilis:amor iuuenum ſubito capitur ſed idẽ langueſcit .i. cito deſinit. Venere turpi:ĩhoneſta libidine. ſed amor caſtæ coniugis ſemper durat. Domini:neronis animũ .i. amorem tenuit. Prælatam:præpoſitam ſibi. Monumenta:facit aliqua ſigna qbus oſtẽdit ſe iã timere. Quibus.ſ. momẽtis. Faſſa:confeſſa. Leuis:inconſtãs:nã cito deſeretur. Paſſa eſt:conſolat̃ octauiã exẽplo iunonis quæ ſæpius talia paſſa eſt ioue marito. Regina deũ:iuno deorũ regina. Vertit:dũ cõmittit ſtupra.
DANIEL. Quis tot:auget per ἀναφώνημα turpitudinẽ Agripinæ cuius ĩmanita ac ſine exemplo teterrima facinora nulla ẽ tã potens lingua q̃ ualeat explicar̃: quæ quo die claudiorũ familiã ſubiit.illico emigrauit pietas ĩ cuius locũ ſubiit lis & diſcordia.fas oẽ abſciſſum:& iura naturæ ꝑuerſa. Miſcuit:cõpoſuit. Puer:que iuſſit mori æmulatione uocis(ut ait Tranquillus.) Britãnice:uocabatur antea germanicus mox deuictis britãniis uocatus eſt britannicus ut Trangl.& Eutropius ſcriptũ reliq̃re. Heu me: pathos ab inani.q;pe in tantillũ cinerẽ ſoluit̃ uita hoĩs:p trãſitum laudat admirabilem ſpeciem britannici quæ uel ipſam nouercam flexit ad lachrymas ĩ funera pompa. Extinguat & me:irruptio eſt ex uehementi indignatione ſicut ſupra animaduertimus in Electra. Tãtas uires. ut poſſis neronem occidere qui lingua ſabina eſt uir fortis. Reſtituas: Inſtaures & ſuſtineas. Sobole:tuis gnatis ſoboles de adoleſcentibus proprie dicitur ab oleſco quod eſt creſco. Lucretius inquit.Siue uirum ſobolis: ſiue eſt muliebris origo. Fauor: gratia popularis. Iuuenilis ardor:uertitur facile iuuenum ardens in corde ſtimulus & fax amoris cito euaporatus : ut ſunt mutabiles mentes iuuenum iuxta ſententiam homericam. ὡς ποτερῶν ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.
Atque monumenta:certo indice prodit iam ſuam de re formidinem.

Tantoq; uictrix:facta ſucceſſu ferox:
Auſa imminere eſt orbis imperio ſacri.
Quis tot referre facinorũ formas poteſt?
Et ſpes nefandas fœminę & blãdos dolos:
Regnum petentis ꝑ gradũ ſcelerũ omniũ
Tunc ſancta pietas extulit trepidos grad⁹
Vacuamq; erinis ſæua funeſto pede
Intrauit aulam:polluit ſtygia face,
Sacros penates :iura naturę furens
Faſq; omne rupit:miſcuit cõiunx uiro,
Venena ſæua:cecidit atq; eadem ſui
Mox ſcelere nati: tu quoq; extĩctus iaces
Deflende nobis ſemper infœlix puer:
Modo ſidus orbis columẽ auguſtę dom⁹
Britanicę:heu me,nũc leuis tantum cinis
Et triſtis umbra:ſæua cui lachrimas dedit
Etiam nouerca:cum rogis artus tuos;
Dedit cremandos:mẽbraq; & uultus deo
Similes uolanti feruens flama abſtulit.
Oct. Extiguat & me:ne manu mea cadat
Nu. Natura non tantas dedit uires tibi.
Oct. dolor:ira:meror:miſerię:luct⁹:dabũt
Nu. Vince obſequẽdo potius ĩmitẽ uirũ
Oc. Vt frẽm adẽptũ ſcelere reſtituat mihi
Nu. Incolumis ut ſis ipſa:labẽtẽ ut domũ
Genitoris olim ſobole reſtituas tua.
Oc. Expecta aliã pricipis ſobolem dom⁹:
Me dira miſeri fata germani trahunt.
Nu. Cõfirmet animũ;ciuiũ tantus fauor
Oc. Solatur iſte:noſtra non leuat mala.
Nu. Vis magna populi eſt.
Oc. Principis maior tamen.
Nu. Reſpiciet ipſe coniugem.
Oct. Pellex uetat. Nu. Inuiſa cũctis nẽpe.
Oct. Sed cara eſt uiro. Nu. Nũdũ uxor.
Oc. Iam fiet & genitrix ſimul.
Nu. Iuuenilis ardor impetu primo furit
Langueſcit idem facile:nec durat diu
In uenere turpi: ceu leuis flammæ uapor
Amor perennis coniugis caſtę manet.
Violare prima quæ tuos auſa thoros:
Animumq; domini famula poſſedit diu
Iam metuere eadem nempe prelatam ſibi
Subiecta: & humilis:atq; monumẽta ex
Quibus timorẽ faſſa teſtat̃ ſuũ: (trahit
Et hanc leuis fallaxq; deſtituit deus
Volucer cupido:licet ſit forma eminens:

BER. Oloris:nā mutatus in cignū ſtuprauit ledā. Sidonii tauri:nā mutatus in taurū rapuit europā agenoris regis ſydoniis filiā. Aureus:nā mutatus ī aureū himbrē defluxit in gremiū danaes filiæ Acriſi & eā ſtuprauit. Himbri:ablatiuus eſt ī i & e. Sidera lede:caſtor & pollux filii lede relati ſunt ī numero deorū: ſilr & bacchus & hercules q oēs nati ſunt ex adulterio iouis. Heben:filiā iunonis & uxorē:ut diximus ſupra. Vicit:ecce q̄uis uideret iuno tot iniurias ſibi fieri:tñ ſemper obſequuta eſt ioui. Cōiugis:iunonis. Alte:ī ꝓfundo pectoris diſſimulatus dolor:unde nunc ſola fruiť ioue ī cœlo: quod tibi eueniet in terris ſi obſeq̄ris marito. Forma:pulchritudine alicuius mortalis. Iungenť:arguit octauia ab impoſſibili: quod ignis prius miſcebiť undis:& oīa iura naturæ cōfundenť q̄ ipſa hēat animū cōcordē cū nerone:rogatq; iouē ut ꝑdat eū:quod tñ fieri putat qñ uidet cometam ex cœlo minantē mortē principis. Pandere:diſtendere. nam ut ſcribit Plinius cometa crines hēt & apparet ſemp uerſus ſeptentrionem:unde dixit. Qua.ſ.parte bootes rigens.i. frigidus regit plauſtra.i.urſam maiorem & minorē qđ ſidus eſt in ſeptētrione ut diximus. Poluiť æther.īficiť aer ſpiritu ſcelerati īperatoris q non dignus eſt uiuere cū ſit peſtis ī terris. Dux impius:intellige neronem q cū moretur mori ſuperat aſtra q̄ mortem uidentur minari: uel intellige iouē qui uideť dux īpius quod nō tollit neronem de mūdo. Ferum typhona:accuſatiuus græcus:typhon fuit gigas filius terræ & titani nulla peſtis eſt grauior illo nerone:neq; gigantes tam crudeles fuerūt quantū iſe. Templis:nam ut inq̄t Suetōius:uaſa tēplis ſacrata cōflabat. Ciues: nā multos proſcripſit pluresq; perdidit. Fratri:britānico.

Opibus ſuperba gaudium capiet breue.	
Paſſa ē ſimiles ipſa dolores Regina deū.	
Cum ſe formas uertit in omnes	
Dominus cœli diuumq; pater:	
Et modo pennas ſumpſit oloris:	
Modo ſidonii cornua thauri.	
Aureus idem fulſit in himbri.	
Fulgent cœlo ſidera lædæ.	
Patrio reſidet bacchus olympo.	
Deus alcides poſſidet heben:	
Nec iunonis iam timet iras.	
Cuius gener eſt:qui fuit hoſtis:	
Vicit ſapiens tamen obſequium	
Coniugis:alte preſſuſq; dolor.	
Sola tonantem tenet æthereo	
Secura thoro maxima iuno.	
Nec mortali captus forma:	
Deſerit altam iuppiter aulam.	
Tu quoq; terris altera iuno:	
Soror auguſti coniunxq; graues	
Vince dolores.	
Oct. Iungentur ante ſæua ſideribus freta:	
Et ignis undæ: tartaro triſti polus.	
Lux alma tenebris: roſidæ nocti dies.	
Quam cum ſceleſti cōiugis mēte impia	
Mens nr̄a ſemp fratris extincti memor.	
Vtinam nephandi principis dirum caput	
Obruere flammis cœlitum rector paret:	
Qui ſæpe terras fulmine infeſto quatit.	
Menteſq; noſtras ignibus terret ſacris:	
Nobiſq; monſtris:uidimus cœlo iubar	
Ardens:cometam pandere funeſtā facem	
Qua plauſtra tardus noctis ætrenæ uice	
Regit bootes frigido arctoo rigens.	
En ipſe diro ſpiritu ſæui ducis	
Polluitur æther: gentibus clades nouas	
Minantur aſtra:quæ regit dux impius	
Non tam ferum typhona neglecto ioue	
Irata tellus edidit:quondam parens.	
Hæc grauior illo peſtis:hic hoſtis deum	
Hominūq; templis expulit ſuperos ſuis:	
Ciueſq; patria:ſpiritum fratri abſtulit.	

DANIEL. Dominus:qui habet imperium domus:is ꝓprie dominus eſt. unde dominus & ſeruus retranſitoria nomina ſunt:& dominus diciť cui populi ſubſunt. Virgilius. Rhomanos rerum dominos.g.q;.to. Antiqui dixerūt dubenū. Pacuuius dū dubenus ligatos ſeruos peſſime uerberat. dominos & dominas amantes dicimus & deos & deas. Virgi. Et iuncti currū dominæ ſubiere leones. Ouidius. Et domino ſoluere uota ioui. Dominus ergo cœli.i.iupiter dominator cœli diuūq; æterna poteſtas. Exemplis a maiori ſolatur dolentē octauiā quoq; iuppiter concubinos & concubinas inuita iunone habuerit cœleſtiq; honore hibridas decorauerat. Vicit ſapiens tam:ſapientis eſt pertinacem obſequelam tolerare. Tenet tonantem:diſſimulando eius iniurias:ſemel iocabatur cum ganimede iuppiter uidente iunōe. arriſit iuno cōtinuo iuppiter relicto puero deoſculatus eſt iunonem. ut eleganter indicat Lucianus in tetraſticho quodam:quūđ ego latinum feci. iuppiter humanas deponens pectore curas. Forte ſuo cæpit cum ganimede iocos. Viderat:& ridens iuno formoſa. Miniſtro a ioue neglecto baſia ſola tulit. Auguſti:nerōis. Vince: ferendo. Iungentur:contrariis argumentis & antithetis a quattuor rerum initiis offirmat ſe contra. Senſus eſt mare potius ſuſtineret ſtellas:& ignis ferret aquas q̄ ferā ego mores ſceleſti coniugis. Cometam:& cometes & cometa ī genere uirili enunciatur. ſtella crinita hiſpida. terrificum ſidus & perniciem magnis uiris portendens. Frigido: pro frigore. Irata tellus:apollonius meminit in tertio. & ſupra adnotauimus.

BER. Matris:agripinæ. Et lucem:ex indignatione subiungit hoc licet mereatur mori:uiuit tamen. Noxiam:nimis nocentem. Inuicta:quibus nihil potest resistere:frustra iacis & temere idest sine consideratione fulmina:cum potius sæuum tyrannum deberes ferire. Cessat:quod non feriat. Quem:obrem. Iugo turpi:seruitute. Augustum:nomen familiæ nostræ. Inquinat:difamat. Cede:fer equo animo fortunam tuã. Vrgetur ira:iam diu dii habent gentem nostram iuisam. Quam.s.domũ. Dura:immisericors. Genitricis: matris messalinæ quæ cum esset Claudius apud Hostiã Caio silio nupsit dote inter auspices consignata: ut scribũt Tranquillus & Tacitus:q̃ cum recisuisset imperator illam iubet supplicio affici. Nupsit:scilicet iterum silio. Nostri:filiorum quos habebat ex Claudio. Coniugis:claudii. Legum:contra leges id matrimonium fecerat uiuente Claudio. Illo:aduerbium.ad illum locum. Stygios:mortiferos.nam postea ambo interfecti sunt. Toros:scilicet messalinæ & sili. Faces:quæ solent ferri in nuptiis. Principis:claudii. Cedem:scilicet matris meæ. Extincta:postq̃ ipsa mortua est:nunq̃ detersi lachrymas oculis. Coniugem:Claudium qui postea duxit Agripinam aqua nenenatus est una cum filio britannico:unde mater fuit causa mortis illorum:nisi perdita fuisset ipsa:pater non duxisset Agripinam. Ad umbras:ad inferos. Prodidit:fuit causa ruinæ. Furoris:incestæ libidinis:qua iuncta est silio.

Væ fama:inducitur Chorus qui fama uulgata q̃d Nero duceret popeam uxorem repudiata Octauia:eius miseriam deplorat populumque romanũ arguit quod talia patiatur qui solitus erat tyrannos expelle re. Versus anapesticus est. Quæ fama:aliqui interrogatiue legunt sed potes facere totam unam constructionem: scilicet utinam fama quæ peruenit ad aures sit credita falso. Perdat:non sit uera. Noua popea:principis neronis. Proles claudia.octauia. Pignora:filios:pignus pacis inter ipsam & neronem. Edat:generet. Qua:pace. Soror: & uxor neronis augusti.

DANIEL. Lætus dies:uindictæ quo meritas scelerum suorum det pœnas.raro enim antecedẽtem scelestum deseruit pede pœna claudo. Graui deorum:expostulat pertinacem constantemque iram deorum in se suamque familiam. Dira uenus:certauit una nocte quinque & uiginti concubitibus.& lassata uiris nondum saciata redibat. uenus improba domum.Claudiam furore in extincto messalinæ sugillauit. Raptas:de paternis thalamis. Renouare:nititur demum nutrix octauiam a luctu maternæ calamitatis cohibere.

Væ fama:Commiseratur chorus abominandum Octauiæ repudium:& popeæ iniquas nuptias: mox inuehit in perditos ac facinoros mores Neronis.Scribitur hoc carmen quod est quartum metro pindarico dimetro brachi cathalectico.

Hausit cruorem matris:& lucem uidet
Fruiturq; uita.noxiam atq; animã trahit.
Proh summe genitor tela cur frustra iacis
Inuicta totiens temere regali manu:
In tam nocentem dextra cur cessat tua:
Vtinam suorum facinorum pœnas luat
Nero:diuo domitio genitus patre
Orbis tyrãnus:quem premit turpi iugo.
Morũq; uitiis nomen augustũ inquinat.
Nu. Indignus ille fateor:& thalamis tuis.
Sed cæde fatis atque fortunæ tuæ
Alumna quæso:ne ue uiolenta moue
Iram mariti:forsitan uindex deus
Existet aliquis:lætus & ueniet dies.
Oct. Graui deorũ nostra iam pridẽ dom9
Vrgetur ira:prima quam pressit uenus
Furore miseræ dira genitricis meæ.
Quæ nupta demens nupsit ĩcesta face:
Oblita nostri:coniugis:legũ immemor:
Illo soluto crine:succincta anguibus:
Vltrix erynis uenit ad stygios thoros.
Raptasq; thalamis sãguine extixit faces.
Incendit ira pectus principis truci
Cædẽ in nefandã:cecidit infœlix parens
Heu nostra ferro:meq; perpetuo obruit
Extincta luctu:coniugem traxit suum
natũq; ad umbras:ꝓdidit lapsam domũ.
nu. Renouare luct9 parce cum fletu pios
Manes parentis ne ue solicita tuæ.
Graues furoris quæ suis pœnas dedit

Chorus romanorum.

Væ fama modo uenit ad aures:
Vtinam falso credita perdat
Frustra totiens iactata fidem.
nec noua coniunx nostri thalamos
Principis intret:teneatq; suos.
nupta pennates claudia proles.
Edat partu pignora pacis:
Qua tranquillus gaudeat orbis:
Seruetq; decus roma æternum.
Fratris thalamos sortita tenet
Maxima iuno:soror augusti

BER. Diuus pater:claudius.nam a nerone inde ī numero deorum relatus est ut tegeret crimen uenēi. Nos quoq;:uenit ad reprehensionē populi qui hæc pati non deberet. Post fata:idest mortem: nam mortuis etiā debetur officium. Cuius:scilicet ducis claudii. Euo:longitudine temporis:romani de sanguine martis animosi erant:sed modo longiores ab illa stirpe facti sumus timidiores:in nobisq; deficit sanguis martius. Virgo:uirginia historia a tito liuio scribitꝰ plene. Apius decēuir captus amore huius puellæ illam falso per libertū in seruitutem uindicare uolebat:nam ex ancilla sua natam esse libertus asseuerabat:cui cū uirginius pater puellæ resistere non posset:apium decemuirū rogauit ut remotis arbitris cū filia loqui liceret:quo concesso arepto gladio e proxima lanigena filiam iugulauit:malens habere illam mortuam quā stupratam. Populus autem uidens iniquitatē decēuirorū q regibus successerant:illos magistratu abire coegerūt: hæc tota historia ibi exprimitur breuiter. Seruitiū:ne traheretis in seruitutem per libertū Apii. Libido:scilicet Apii qui te cupiebat. Te quoq;:lucretia romani pudoris specimen:lucretii filia & collatini uxor ut scribit̃ a Liuio uiolata a Tarqnio filio tarqni supbi:uocatis parentē & marito: manu ꝓpria mortē sibi cōsciuit:ne adulterio cōsensisse uideret̃:& Brutus aūt q iā diu stultitia simlauerat arepto gladio quo ipsa lucretia ceciderat ī publicū ꝓdiēs populū concitauit ad fugā r̃gis q cū tota stirpe expulsus ē. Nata lucretii:lucretia. Tullia:filia seruii tullii sexti regis romāoꝝ:& uxor tarqni supbi q patrē uxoris īterfecit ut regno potiret̃: hæc scelerata fuit simulq; cū tarquinio expulsa:unde Valerius maximus inquit cū hæc carpento ueheret̃:& his qui iumenta agebat succussis frenis constitisset: repentine more causam requisiuit & ut cōperit corpus p̃ris Seruii tullii occisi ibi iacere supra id duci uehiculū iussit quo celerius in cōplexu īterfectoris eius tarquinii ueniret. Lacero seni: p̃ri seruio tullio īterrēpto noluit illū sepeliri. Hæc quoq; nati s.neronis tāgit historiā quō agripina mr̃ Neronis periit: q̄ ut inquit Suetonius cū ueneno tētasset ꝑdere:sentiretq; antidotis ꝑmunitā.lacunaria q̄ noctu sup dormiētē laxata machina deciderēt parauit:hoc cōsilio p conscios paꝝ celato: solutilē nauē:cuius uel naufragio uel camere ruina periret: cōmētus ē. Atq; ita recōciliatiōe simulata iucūdissimis litteris baias euocauit ad solēnia qnquatriū simul celebranda datoque negocio triarchis:q liburnica q̄ aduecta erat uelut fortuito cōcursu cōfringeret ꝓtraxit cōuiuiū repetētiq; baulos ī locū corrupti nauigii machinosū illud obtulit: hilare ꝓsecutus:atq; ī idgressu papillis quoq; exosculatis: reliquū tpis cū magna trepidatiōe uigilauit.operiēs cœptoꝝ exitū. Sed ut diuersa oīa nādoq; euasisse eā cōperit:īops cōsilii lagerinū libertū eius saluū & īcolumē cū gaudio nūciantem abiecto clausula iuxta pugione ut percussorem sibi subornatū arripi cōstringiq; iussit.matremque occidi quasi deprehensum crimen uoluntaria morte uitasset. Rate ferali:naue solutili & mortifera.

Sociata thoris cur ex prima
Pellitur aula: sancta quid illi
Prodest pietas diuusq; pater:
Quid uirginitas castusq; pudor: cc
nos quoq; nr̃i sumꝰ imemores
Post fata ducis: cuius stirpem
Prodimus æuo: suadente metu:
Vera priorum uirtus quondam cc
Romana fuit: uerumq; genus cc
Martis in illis sāguisque uiris. cc
Illi reges hac expulerant
Vrbe superbos: ultiq; tuos
Sunt bene manes uirgo dextra
Cęsa parentis: ne seruitium
Paterere graue: & improba ferret
Præmia uictrix dira libido.
Te quoque bellū triste secutū est:
Mactata tua miseranda manu
nata lucretii: stuprum sæui
Passa tyranni: dedit infandi
Sceleris penas cum tarquinio
Tullia coniunx: quæ per cæsi
Membra parētis egit sæuos
Impia currus: laceroque seni
Violenta rogos nata negauit.
Hæc quoq; natí uidere nefas
Secula: magnum cum tyrrhenū
Rate ferali princeps captam

DANIEL. Vera priorū:cōmēdat seuerū & acre superciliū ueterū rhomanorū ī uindicādis sceleribus. Expulerant:nulla ui.nullo terrore.nullo deniq; fœdere:unq̃ adduci potuerūt ut rex Tarqnus eiectus ob scelus filii reciperet̃:adeo cōstāter crimē uiolatæ pudicitiæ punuerūt. Seruitiū:concubitus illiciti & inconcessi.exempla possent sexcenta adduci quibus fieret fides quanto animi robore quantaq; fortitudine romani illi ueteres omnē ignobilitatē:oēmq; molitiem & effeminatam libidinem castigauerint:sed his solis stemus quæ auctor ingenua breuitate prosequitur.hoc cauerat mens prouida rhomuli dissentientis conditionibus fœdis.& exemplo trahentis &c.inqt Horatius. Turpis maritus uixit & hostiū pro curia inuersiq; mores. Nata lucretii:Spurius lucretius pater Lucretiæ. Venit Collatiam. Sextus Tarquinius & noctu stricto gladio ad dormientem Lucretiam ingressus uno tantum seruo obstinatam pudicitiam rapuit. Lucretia mœsta tanto malo conuocatis uiro & patre. Nulla inquit postac impudica exemplo Lucretiæ uiuet.& cultrum quem sub ueste abditum habebat eum ī corde desigit. Tullia coniunx:Tullia cum se domum reciperet carpento corpus paternum conculcauit stratum in uico cyprio qui postea dictus est sceleratus.hæc postea execrantibus uiris mulieribusque domo & urbe cum uiro & gnatis expulsa est.& Tusculi exulauit ut dionysius & Liuius meminerunt.

Alij Seno

BER. Iuſſi:a nerone. Profecta:proficiſci ſignificat incohationem itineris:non profectionem. Plautus:ibo quo proficiſcor. Preſſa: peſſundata. Fugam læti:fugere mortem. Secāt natant inherentes tabulis. Repetunt:uadunt uerſus littus. Auguſta:agripina mater auguſti neronis cōqueritur de ingratitudine filii amiſſa omni ſpe uitæ. Exere:tolle ut uideas miſeriam meā. Paſcere:ſatiare malis meis o claudi:cum fuerim cauſa mortis tuæ & nati tui britannici. Feriunt:dum loqueretur unde replebant os eius:& modo inclinabať i pelagis modo tollebatur ut unde ferebant. Pellit fata: id eſt mortem. Palmis:ſcilicet manibus natādo

Cedit:uincitur a labore:non poterat ſe amplius mouere. Manſit:ſcilicet in aliquibus qui accurrerunt ad auxilium. Spræta:non timentes mori ut illi ſuccurrerent. Leuant:tollūt ab undis. Quid tibi:uerba chori ad agripinā. Vix poſteritas:ita horrendum ut qui non uiderint: uix credere poſſint. Furit:ſcilicet nero dolet euaſiſſe matrem.

DANIEL. Profecta:non eſt nauium proficiſci ſed nauigantium:lege ergo pуecta ut habet antiquarius codex quē crediderim uel dextra Senecæ uel eius tempeſtate deſcriptū fuiſſe. Dehiſcit:fatiſcit rimis. Scindit ueſtes: miraculum eſt in naufragio illi locum fuiſſe & lacerandi crines & conſcindendi tunicam cui uix licuerit enatare. ergo nimis ambitioſa & affectata deploratio eſt iſta niſi auctoris odium ī neronem excuſes. Natoq; tuo:britannico.

Inhumata:quod meos artus naufragos depaſcentur monſtra maris. Triſti morte:triſte genus leti eſt animam deponere in undis. Multi dominæ:multi addebant animos natāti dominæ & eandem trahentem lēta brachia magno celeumate hortabantur. Manibus ſuis ſuppoſitis. Quid tibi ſæui:exclamat hic chorus ex cōmiſeratione ineuitatæ mortis quod omnino machera percuſſoris morietur. Cuius facinus:adeo eſt imane & præter omne exemplum.

Fraude parētem miſit in æquor:
Propant placidos linqre portus
Iuſſi nautę reſonant remis
Pulſata freta:fertur in altum
Profecta ratis:quæ reſoluto
Robore labens:preſſa dehiſcit
Sorbet mare:tollitur ingens
Clamor ad aſtra:cum fœmineo
Mixtuſq̄ plāctu mors āte oculos
Dira uagatur:quærit læti
Sibi quiſque fugā:alii laceræ
Puppis tabulis hærent nudi
Fluctuſque ſecant:repetunt alii
Littora nantes:multos mergunt
Fata profundo:ſcindit ueſtes
Auguſta ſuas laceratque comas:
Rigat & meſtis fletibus ora:
Poſtq̄ ſpes eſt nulla ſalutis:
Ardens ira iam uicta malis:
Hoc exclamat mihi pro tanto
Munere reddis præmia nate.
Hac ſum ō digna carina fateor.
Quæ te genui:quæ tibi lucem
Atque imperiū nomēque dedi.
Cæſaris amens:exere uultus
Acheronte tuos pœniſque meis
Paſcere coniunx:ego cauſa tuæ
Miſerande necis:natoque tuo
Funeris auctor:en ut merui
Ferar ad manes inhumata tuos
Obrupta ſæuis æquoris undis:
Feriunt fluctus ora loquentis:
Ruit in pelagus:rurſumque ſalo
Preſſa reſurgit:pellit palmis
Cogente metu fata:& cedit
Feſſa labori:manſit & tacitis
In pectoribus ſpretaque triſti
Iam morte fides: multi dominæ
Ferre auxiliū pelagoque fractis
Viribus audent:brachia q̄uis
Lenta trahentē uoce hortantur:
Manibuſque leuāt:qd tibi ſæui
Fugiſſe maris profuit undas:
Ferro es nati moritura tui.
Cuius facinus uix poſteritas
Tarde ſemper ſæcula credent.
Furit ereptam pelagoque dolet

BER. Iussa:mortē agripinæ. Cædis:mortis suæ rogat ministrū ut uentrē quoq̄ feriat quo eronē digæ monstrū tulit. Reddit:emisit.nā ꝭm Platonem animæ dicuntur reddi cœlo : unde uenerunt.

q Vid me:secūdus actus ubi Seneca ꝑceptor nerōis:nō ille seneca q hāc tragœdiā cōposuit ut diximus i principio:maxīe cōqueriť de fortuna sua:uidēs tantā exupantiē uitiorū ut putet finē mūdi adesse. Fallaci:q̄ licet uidearis blāda:uulnera amara ifers nimiū ex te pendētibus. Alte:ad magnas dignitates.

Viuere matrem:impius:ingens
Geminatq̄ nefas:ruit in miserę
Fata parentis.paturq̄ moram
Sceleris nullam:missus peragit
Iussa satelles.referat dominæ
Pectora ferro:cædis moriens
Illa ministrum rogat infœlix
Vtero dirum condat ut ensem
Hic est hic est fodiendus ait
Ferro.monstrum qui tale tulit.
Post hanc uocem cum supremo
Mixtam gemitu animam tandem
Per sera tristem uulnera reddit.

Actus secundus. Seneca loquitur.

q Vid me potens fortūa fallaci mihi
Blandica uultu:sorte cōtentū mea
Alte extulisti:grauiꝰ ut ruerē edita
Receptus arce:totq̄ ꝓspicerē metus.
Melius latebam:procul ab inuidiæ malis
Remotus:inter corsici rupes maris.
Vbi liber animus & sui iuris mihi
Semper uacabat studia recolenti mea.
Oquam iuuabat:quo nihil maius parens
Natura genuit:operis immensi artifex
Cœlum intueri:solis & currus sacros:
Mondiq̄ motus:solis alternas uices:
Orbēq̄ phœbes:astra quem cingūt uaga.
Lateq̄ fulgens ætheris magni decus.
Qui sese nescit tantus in cæum chaos
Casurus iterum:nunc adest mundo dies
Supremus ille, qui præmat genus impiū
Cœli ruina:rursus ut stirpem nouam
Generet renascens melior:ut quōdā tulit
Iuuenis:tenente regna saturno poli.
Tunc illa uirgo numinis magni dea
Iusticia cœlo missa cum sancta fide:
Terra regebat mitis:humanum genus
Nō bella norant:nō fremitus tubæ truces

Edita arce:sublimi turre.nā susceptus fui domo īpatoris elatusq̄ ī altū ut grauius caderē:semp q̄ aio iqetus esse. Latebā:ignotus erā ī statu priuato dū exularē i corsica:quo iussus erā a nerone:sed postea ītercessione agripiæ reuocatus ad ꝓturā ut semp anxius essem in tāta uarietate rerū. Inuidiæ:q̄ semp supiores petit. Mihi uacabat:seruiebat uolūtati meæ & uirtuti:nō alterius libidini ut nunc. Recolēti reuoluēti studia philosophiæ. Intueri cœlū:cōtēplari cælestiū ordinē uicesq̄ & siderū seriē. Artifex:creator mūdi deus:& ipsa natura ꝭm Platonis opinionē:q mundū creatū & iterīturum dixit. Vices:uicissitudinē diei & noctis. Orbē phœbes:circulū lunæ. Decus:sidera q̄ sunt ornamentū cæli. Qui sese:dicit obscelera īstare finē mundi ut rursus ichoeť a seculo aureo. Qui.s.æther.cassurus ut ruat cœlū:& melior fit mundus. Vt quōdā:quēadmodū fuit sub rege saturno quo regnāte fuit morū ꝑstantia cum adhuc hoies saperēt cœlū:mūdo recēti facto. Tulit.s.meliorē stirpē. Iustitia:q̄ astrea dicta fuit. Mitis:sine ferro:nam tunc nulli erāt enses nec ulla discordia.

DAN Satelles:ꝑcussor spiculator. Mixtā gemitu:qa īmatura.qa iterfecta a filio.qa iperio turpiter excedebat imperatrix:aut quia nemo uolens moritur.

q Vid me:iscribiť metro archilochio carmen trimetro iābico & ē epitasis nouæ ꝑsonæ ꝑceptoris q̄m nō solū famoso exilio ihonorauit nero sed multis affectā iniuriis mori tandē coegit. Anneus seneca uir senatorius docuit neronē:suspectus missus ē i exiliū ad corsos i epistola cōsolatitia ad olbiā tradit ī mari italo corsicā insulā quā uolūt nōnulli dictā a duce:& mare ide ēt dici:quod aluit ipsam & cōtinētēs Plinius ī ligustico mari scribit Corsicā eē isulā quā græci cyrnō uocāt.& eē tuscho ꝓpiorē. Melius latebā: laudat ociū & uitā priuatā q̄ curis libera in desertis & siluestribus locis uera sentit gaudia:& expeditius phātasmata speculať:q̄lē uitā sapientissimi uates & philosophi libentissime coluerūt ꝑsertim xenophilus musicus q obiit. centū & qnq̄ ānis uixit sine ullo corpis icōmodo. Magni numinis:magnæ uirtutis:fuit astreus princeps sui tpis iustissimus filius Euribiæ & Crius eius filia credita ē iustitia ob id.iustitia fides & pudicitia tūc terras icolebāt cō nōdū gētes eēnt bello lacessitæ:neq̄ nauigio qsq̄ uteret.sed uita i colēdis agris tātūmodo agereť.Hesiodus scribit ætate ænea iustitiā i cœlū migrasse. Nō bella norāt:lacessitus grauiter poeta imanitate scelerū q̄ exēplo truculētissimi neronis rhomanū imperiū & terras ꝓpe uniuersas occupauerāt ꝓrumpit districto ueluti gladio i miserādā suorū tēporū calamitatē felicē uetustioris uitæ statū cōmemorādo i quo homies una cū diis uersabanť sine laboribus:sine miseria: nū q̄ senescētes i floribus & rosis delectabanť extra oē malū. qbus oīa aderāt bona.fructū dabat fertilis terra sponte sua multū & sempiternū.opa inter se geti & concordes partiebāt:sed postq̄ hoc aureū genus ťra cohopuit.alterū surrexit argēteū deterius:i quo pueri stabāt sub ubere matris uagiētes usq̄ ad centū ānos:qū āt ad pubertatē uenerāt.uiuebāt parū dolore & insipientia.neqbant.n.iniurias uicissim repellere deorū neglectores:& boc itē genus argēteū postq̄ terra opuit:extulit cōsiliarius iuppiť æreā ætatē argēto haud silem, acerbā.grauē.fremebūdā.belligeracē.cui erat cor ex adamāte:uis maxia. & manus

Intractabiles. arma oia ex ære. domus ipsæ ex ære: quo tã
dẽ & ipsi hoies domiti corruerunt in tartara. & hoc genus
postq̃ terra cooperuit. surrexerũt semidei oẽs perempti in
bello thebes heptaphyliæ. ultimo seculũ ferreũ deterrimũ
& cataclysmus q̃ oia Hesiodus Homerus & Orpheus pla
ne & eo ordine prosequunt̃ quo cõmemorauimus: recolle
cta uicia inquit nũc Seneca per tot ætates in nos redũdãt.
sæculo præmimur graui. &c.

BER. Peruiũ: apertũ: & oibus erant oia communia. Si
nus: græmiũ suũ ferax: nam oia spõte nascebant̃. Piis: iu-
stis & bonis hominibus quos ipsa alebat. Tuta: sine ĩsidi-
is. Alia: secũda etas argentea quæ nec oino fuit mala: nec
bona. nã adulteria p ioue inceperũt. Genus solers: igenio
sa tertia etas ad inueniendũ nouas artes. Mox inquietũ: la
boriosũ. Calamo: leui sagitta. Crate: aliquo cõtexto uimi
nũ. Premere: domare ad arandũ: nã prius nõ comedebãt
nec interficiebant iumẽta. Vulnere: nã terra uidet̃ uulne-
rari quando aratur. Lesa: qa uulnerata & uiolata fuit ter-
ra non sponte pduxit fruges. Sed ĩ uiscera: quarta etas fer
rea cœpit rimari uenas terræ & eruere ferrũ & aurꝝ: tunc
quæ prius cõia fuerant diuisa sunt: positi q̃ termini agroꝝ
ensesq; & arma fabricare cœperunt. Partita: illa ætas di-
uisit. Suis telis: suis armis: uel defendit suã domũ: aut pe-
tit alienã. Prede iminẽs: querens pdari. Neglecta: iustitia
postq̃ uidit tot scelera ad supos euolauit: ut inqt iuuena. Vl
tima celestũ terras astrea reliqt. Luxuria: q̃ est dulce malũ
eo modo uoluptaté appellauit Platoescã malorũ. Longũ
tps: longa consuetudo q̃ ut inquit Aristoteles. inuitũ ẽt tra-
hit. Error: ignorãtia boni. Recollecta: multiplicata. Re
dũdant: aucta sunt. ut inqt iuuenalis. Omne uitiũ ĩ præcipi
ti stetit. Victrix: nã uicto orbe. romaniq; spoliis illius re-
ferti: omni luxuria cõtaminati sunt: ut iuuenalis. Luxuria ĩ
cubuit uictũq; ulciscit̃ orbẽ. Vt perdat: ducat ad perditio
uẽ: quod euenit romanis. Sed ecce: dat locũ sequẽti scene.
Attonito: turbato propter iram.

P Erage: crudelitas neronis ex hoc maxime apparet
qđ ibi pfecto mãdat morté pstantissimoꝝ iuuenũ
fausti syllæ cui nupta erat antonia claudii filia: &
auli plaucii sibi ppinquitate cõiũcti: ut plene scribit Corne
lius tacitus. Mitte: aliqué. q mãdata mea exequat̃. Nihil
audiẽs: hoc Seneca pceptor eius rephensionem interponit
Temere: inconsulte. Vacat: q̃ nullũ habet timoré: facile
potest expectare. sed ipse timens nullam moram timori fa
ciam potest esse facile iustus qui nihil timet.

DA P Erage iperata. uersus trimeter hypcatalecticus ar-
chilochius aliqñ ĩ locis iparibus pyrrichiũ recipit p
iãbo. ĩfamis & pditissimus nero nullũ adeo necessi
tudinis genus reliqd qđ nõ scelere pculerit. faustũ syllã ne-
cauit Antoniã eius uxoré claudii filiã antea põpeio despõ-
satã recusanté nuptias suas post morté popeæ q̃si molitricẽ
nouarꝝ rerꝝ ĩteremit. Aulũ plautiũ iuuené qué p ui cõspur
cauit pari mõ occidit dicẽs: eat nunc mr̃ mea & successoré
meũ osculet̃ iactãs dilectũ ab ea & ad spem iperii ipulsum
Hæc oia plãe declarãt historici. Seneca exprobrat hoc ima
ne crudelitatis exẽplũ ĩ hac scæna ipsi nerõi demãdãti pfec
to & pcussori necẽ iuuenũ. Collocutores. Nero pfectus &
Seneca pceptor nerõis. Temere: sine cã qlis ẽ ebriorũ cõ
ditio. post ciceroné Quitilianus accepit temere p fere illđ
igenioꝝ uelut pcox gẽus nõ temere unq̃ puenit ad frugẽ.

Non arma gentes: cingere assuetant suas
Muris nec urbes peruium cunctis iter
Communis usus omnium rerum fuit.
Et ipsa tellus læta fecundos sinus
Pandebat: ultro tam piis fœlix parens
Et tuta alumnis: alia sed soboles minus
Conspecta mitis: tertium solers genus
Nouas ad artes extitit: sanctum tamen
Mox inquietum qui sequi cursu feras
Auderet acres: fluctibus tectos graues
extrahere pisces reti: uel calamo leui:
Decipere uolucres crate aut leui
Tenere laqueo: subiectos præmere iugo
Thauros feroces: uulnere immuné prius
Sulcare terram: læsa quæ fruges suas
Interior alte condidit sacro sinu.
Sed in parentis uiscera intrauit suæ
Deterior ætas: eruit ferrum graue
Aurumq;: sæuas mox & armauit manus.
Partita fines regna constituit: nouas
extruxit urbes: tecta defendit suis
Aliena telis: aut petit: prædæ imminens.
Neglecta terras fugit & mores feroces
Hominum: cruenta cæde pollutas man9
Astrea uirgo: siderum magnum decus.
Cupido belli creuit: atq; auri fames
Totũ p orbé maximũ exortũ est malum
Luxuria pestis blanda: cui uires dedit
Robur lõgum tempus: atq; error grauis.
Recollecta uitia per tot ætates diu
In nos redũdant: seculo pręmimur graui.
Quo scelera regnãt: sæuit impietas furẽs
Turpis libido dominatur potẽs uenere.
Luxuria uictrix orbis immensas opes
Iã pridem auaris manibus: ut pdat rapit.
Sed ecce gressu fertur attonito nero:
Truciq; uultu: quid ferat mente horreo.

Nero: Præfectus Seneca.

Nero loquitur.

P Erage ĩperata: mitte qui plauti mihi
Syllæq; cæsi referãt abscissũ caput
Pre. Iussa haud morabor castra ɔfesti petã
Se. Nihil ĩ ppiquos temere cõstitui decet
Ne. Iustũ eẽ facile ẽ: cui uacat pect9 metu.

BER. Clemẽtia:si nõ uis timere esto clemẽs & benignus omnibus q te amabunt. Patri patriæ: iperatori. q pater patriæ dicebaẽ. Senẽ:te senecã repellit illũ dicens dato ista ꝑcepta pueris nõ mihi iperanti. Feruida:in temperata pp calorẽ ætatis. In hac.s.qua ipse sum. Cõprobẽt:debes agere quod ꝓbabile ẽ & diis & hoibus Cum faciam:hoc dicit ꝓpter Claudiũ quẽ in numerꝝ deorꝝ collocauit.q.d.non timeo deos cum sint similes Claudio quẽ ipsum deũ feci. Hoc:ideo debes habere uerecũdiã cum plus potes. Obsequenti.fauẽti fortunæ. Dea:fortuna est leuis & incõstãs:unde illi nõ est fidẽdũ. Liceat:qd possit:nã debet is oĩa pro uolũtate agere. Decet:honestũ est.nõ quod possumus turpiter & ĩpune facere. Calcat:si me summitterẽ:oẽs mihi insultarẽt. Inuisũ: quẽ habent odio. Fides:beniuolẽtia. Exprimiẽ:p uim extorqueẽ. Statuã:faciã quicqd uoluero. Cõsensus:si uis statuere aliquid fac cõsentiãt alii:& oĩbus placeat. Rata: firma. Despectus.s.ab ipsis faciet rata:hoc est faciã cõsentire gladio. An patiar:debeo pati coniurationes in uitam meam. Exilia:nam illos in exilium miserat nec fracti aut domiti erant ob id quin parent mihi mortem. Pertinax: perseuerans in malum. Fauor:nam multos cõiuratos sperant in urbe contra me. Tollantur:interficiantur ipsi. Inuisa:octauia moriatur & sequatur fratrem britannicum.

Se. Magnũ timoris remediũ clemẽtia est.
Nero:extinguere hostem maxima est uirtus ducis
Se. Seruare duces maior est patriæ patri.
Ne. Percipere mitẽ cõuenit pueris senẽ.
Se. Regenda magis ẽ feruida adolescẽtia.
Ne. Aetate in hac satis esse consilii reor:
Se. Vt facta superi comprobent semp tua
Ne. Stulte uerebor ipse cum faciam deos
Se. Hoc plus uerere. quod licet tantũ tibi
Ne. Fortuna nostra cũcta ꝑmittit mihi.
Se. Crede obsequẽti parcius leuis ẽ dea.
Ne. Inertis est nescire quid liceat sibi.
Seneca. Id facere laus est:quod decet: nõ quod licet. Ne.
Calcat iacentem uulgus.
Se. Inuisum opprimit.
Ne. Ferrum tuetur principem.
Se. Melius fides.
Ne. Decet timeri cæsarem:
se. At plus diligi:
ne. metuant necesse est.
se. Quicquid exprimitur graue est.
ne. Iussisq; nostris pareant.
se. Iusta impera.
ne. Statuam ipse.
se. Quæ consensus efficiet rata.
ne. Despectus ensis faciet.
se. Hoc absit nefas.
ne. An patiar ultra sanguinẽ nostrũ peti
Inuictus & cõtẽptus:ut subito opprimar
exilia non fregere summotos procul
Plautum atq; syllam: pertinax quorum furor
Armat ministros sceleris in cædem meã:
Absentum cũ maneat etiã ingens fauor
In urbe nostra:qui fouet spes exulum.
Tollantur hostes ense suspecti mihi.
Inuisa coniunx pereat:ut carum sibi

DANIEL. Maior:scilicet uirtus est seruantis ducem q̃ perdentis. Regenda magis:maioris culpæ sunt delicta adolescentis q̃ pueri.ideo adolescẽti magno cõsilio & moderamine opus est.quale præceptum elegantissime proponit Plutarchus in quadam epistola ad traianum imperatorem. Additq; malum discipulum & præceptori suo aduersum:publicum esse dedecus familiæ suæ & patriæ:apponitq; exemplum de Nerone ob cuius delicta detrahentium linguis Seneca carpitur:& adolescentium suorum temeritas in Quintilianum refunditur.& Socrates in pupillum fuisse clemẽtior criminatur. Fuit autem Traianus (ut oportunam hanc ecbasim non omittamus) gentilium optimus augustorum:arguentibus cunctis eius comitatem in omnes nimiam.respondere solitus est.se talem uelle imperatorem esse priuatis:quales imperatores sibi esse priuatus optasset. Vnde admonitus a Plinio secundo qui tunc erat inter cæteros iudices persecutor christianorum destinatus: a nece martyrum & persecutiõis gladio temperauit: & forte Mitius egisset cum fidelibus: nisi exemplis cruentissimi Neronis inuitatus fuisset (qui ut scribit Tranquillus & affirmat Tacitus) sectam christianam publica opinione supstitiosam & ueræ religionis inimicam radicitus delendam esse prædicabat.sed iam ad nostri irestituti reuertamur exordium. Verebor: Argumentum a minori ad maius. minus est timere deos q̃ facere ergo deos nõ timebo quos est plus facere q̃ timere. Cautum publico fuit edicto nulli diuinos largiri honores nisi qui auctoritate senatus uel imperatoris fuisset deus pronunciatus. Quod decet:par est Non quod licet:non quod fert licentia & libido. Inuisum opprimit:nec te nimis durum nec nimis facilem præstato ut hinc despiciare. Illinc trucidere ἀλλὰ μηδὲν καὶ τὸ μέσον χρύσειον φύλαξον. Quæ consensus efficiat rata: Atteius capito iuris peritissimus generali consensu stare oportere leges affirmabat. An patiar: nititur q nefas est ut licitum ut concessum probare. Furor quorum:qui in furore propinaces & duri. Maneat:expectet.

BER. Excelsum:sublime:oēs magni pdanť: nā ut scribit Tacitus Nero maxie sæuit ī nobilitatē. Pulchrū:summa prudentia est scire gubernare populū suū:ꝙ cōfirmat exēplo Octauiani. Eminere:esse excellentē īter claros. Iactauit:nā multa bella habuit principio īperii contra Marcū Antoniū & interfectores Cæsaris. Parētis:cæsaris iulii.

Hostes:Brutū & Cassiū. Incruēta:supple fortuna īcruenta sine bello. Nā īperium habuisti in pace relictum a Claudio. Numē:potestatē suā. Nutui:uoluntati tuæ. Serues nomē.s. pr̄is pr̄iæ cuius officiū ē seruare suos non pdere.

Munus deoꝝ:cōfutat Nero se nō fuisse electū a romāis: īmo uoluntate deoꝝ. Metus nr̄i:debeo diis ꝙ isti me timent:& supplicāt etiam inuiti. Exprimi:facit exprimere.

Quæ clemētia.q.d.nulla ē seruare inimicos & superbos Vna uoce:uno mandato:ut iterficianť. Brutus:q cōiurauit ī Cæsarē:probat p exemplū ꝙ hostes nō sunt seruādi.

Ducis:Cæsaris q illū seruauerat cū prius cū Pōpeio fuisset. Inuictus:cæsar q nunq̄ potuit supari bello. Quātū cruoris:nō postea octauianus ī ultionē pr̄is ut scribit Suetonius plurimos sustulit. Lacerata totiēs.s.p bella ciuilia.

Meruit cœlū:nā p apotheosim factus est deus. Penates: domos romanas. Triū ducū:post mortē cæsaris pacato bello mutinēsi cōtra Antoniū ut scribit Suetonius ī Augusto factus ē triumuiratus ppe bononiā ī insula lauini:ubi Octauianus marcus antonius:& marcus lepidus conuenerūt & iter se īperiū diuiserūt:tabulāq; pscriptoꝝ fecerunt in q̄ marcus Tullius scriptus fuit. Deditos: nā pscripti ipune poterāt īterfici. Patres:senatores romani uiderūt capita īterfectoꝝ affixa p rostris ī foro ubi erā q̄dā subselia quæ rostra appellabanť:quod ex nauibus captis cōtra antianos facta fuerant. Ferrū.s.fugerent. Tabula:ut moris erat nomina pscriptoꝝ ponebanť in tabula quæ albū appellabať & in foro exponebatur. Pauere:pastum dederunt.

DAN. Pulchꝝ:prudētissimo Seneca aduersus tātū furorē magno tēpamēto se fert & mira sniaꝝ grauitate a penitissimis philosophiæ finibus emanātiū:leues aī īpetus īstringat. Regis:debes regere. Pr̄iæ parēs:princeps iustus est pr̄ patriæ:q publicis muneribus exercēdis & oneribus obeundis:legis bn̄ficio sibi primū uēdicat locū & ī eo pferendus ē cæteris ꝙ cū singuli teneanť ad singula, principi onera īminēt uniuersa:unde merito ī eū oīum potestas cōferť ut frugē cōem disponat & utilitatis uniuersæ cautionē sibi uendicet:principi fideliter regnū gerēti tātus ē honor exhibendus qn̄ātū debēt capiti oīa mēbra corpis ligurgus in regno suo decreta cōstituēs firmauit principes ad iustitiā impioꝝ auri & argēti usū & oīum scelerum materiā sustulit.

Munus deoꝝ ē:superis acceptū refero nō romāis ꝙ sim īperator.ois.n.ptās a deo optimo ē. Nostri metus.s.ē ꝙ me uerenť inuiti.hic Nero blādiť magis suæ cāæ q̄ ꝙ faueat diis. Graues:capitales. Incedē ducis:brutus cū Cassio parmēsi strictis pugionibus cæsarē ī capitolio pemerunt.

Domitor gentium:cæsar prudētiæ & militiæ uiribus orbē acquisiuit.homo perpaucorū.& cui nullum expresse similem adhuc edidit natura mortalium:hanc tamen ꝙ sibi minus caueret interfecerunt hypochritæ domestici. Augustus:felicissimus omnium qui sub interminatione dominus noluit appellari:& ciuem gerens tyrannidem declinauit. Trium ducum:Augusti Lepidi & antonii.

Fratrē sequať:quicquid excelsū ē:cadat.
Se. Pulchrū eminere ē īter illustres uiros:
Consulere patriæ:parcere afflictis:fera
Cæde abstinere:tempus atq; iræ dare:
Orbi quietem:sæculo pacem suo.
Hæc sūma uirtus:petitur hac cœlum uia.
Sic ille patriæ primus augustus parens
Cōplexus astra ē:colitur & templis deus:
Illum tamen fortuna iactauit diu
Terra mariq;:per graues belli uices.
Hostes parentis donec oppressit sui.
Tibi numen incruenta summisit suum:
Et dedit habenas imperii facili manu:
Nutuiq; terras maria subiecit tuo:
Inuidia tristis uicta consensu pio
Cessit:senatus equitis accensus fauor
Plebisq; uotis:atq; iudicium patrum est.
Tu pacis auctor:generis humani arbiter
Electus:orbem specie sacra regis
Patriæ parēs:quod nomē:ut serues petit:
Suosq; ciues commendat roma tibi.
Ne. Munus deoꝝ ē ipsa quod seruit mihi
Roma & senatus:quodq; ab inuitis pces
Humilesq; uoces exprimit nostri metus:
Seruare uiros principi & patriæ graues:
Claro tumentes genere:quæ clemētia est:
Cum liceat una uoce suspectos sibi
Mori iubere:brutus in cædem ducis
A quo salutem tulerat armauit manus.
Inuictus acie:domitor gentium ioui
Aequatus:altos semper p honoꝝ gradus
Cæsar nefando ciuium scelere occidit.
Quantum cruoris roma:tunc uidit sui
Lacerata totiens:ille qui meruit pia
Virtute cœlū diuus augustus uiros
Quot iteremit:nobiles:iuuenes:& senes
Sparsosq; p orbem:cū suos mortis metu
Fugerent penates:& triū ferrum ducum
Tabula notante deditos tristi neci.
Exposita rostris capita cæsorum patres
Videre mœsti:flere nec licuit suos:
Non gemere dira tabe polluto foro
Stillante sanie p putres uultus graui:
Nec finis cruoris aut cædis stetit.
Pauere uolucres:& sæuas feras diu

Tristis philippi:hausit & siculum mare:
Classes uirosq̧ sæpe cedentes suos
Concussus orbis uiribus magnis ducum:
Superatus acie:puppibus nilum petit
Fugæ paratis:ipse periturus breui.
Hausit cruorem incesta romani ducis
Aegyptus iterũ:nunc leues ũbras tegit.
Illic sepultum est impiæ gestum diu
Ciuile bellum:condidit tandem suos:
Iam fessus enses uictor:hebetatos feris
Vulneribus:& continuit imperiũ metu.
Armis fideq̧ militis tutus fuit.
Pietate factus nati eximia deus
Post fata consecratus: & templis datus.
Nos quoq̧ manebunt astra:si sæuo prior
Ense occupabo quicquid infestũ est mihi
Dignaq̧ nostrã sobole fundabo domum.
Se. Implebit aulam stirpe cęlesti tuam
Generata diuo claudio:gentis decus.
Sortita fratris more iunonis thoros.
Ne. Incesta genitrix detrahit generi fidẽ:
Animusq̧ nunq̃ coniugis iunctus mihi
Se. Teneris in ãnis haud satis clara ẽ fides
Pudore uictus cum tegit flammas amor.
Ne. Hoc eqdẽ:& ipse credidi frustra diu:
Manifesta quis pectore insatiabili
Vultuq̧ signa proderent odium mei.
Tandem quod ardẽs statuit ulcisci dolor.
Dignamq̧ thalamis cõiugẽ inueni meis
Generẽ:atq̧ forma:uicta cui cederet uẽus:
Iouisque coniunx:& ferox armis dea.
Se. probitasq̧:fidesq̧:cõiugis mores:pudor
Placeant marito. sola perpetuo manẽt.
Subiecta nulli mentis:atq̧ animi bona.
Florem decoris singuli carpunt dies
Ne. Oomnis ĩ unã cõtulit laudes deus:
Talemq̧ nasci fata uoluerunt mihi.
Se. Recedat a te:temere ne credas amor
Ne. Q uẽ submouẽr fulminis dñs neq̧
Cœli. tyrrãnus:sæua qui penetrat freta
Ditisq̧ regna:detrahit superos polo.
Se. Volucrẽ eẽ amorẽ fingit imitẽ deum.
Mortalis error:armat & telis manus
Arcusq̧ sacros instruit sæua face.
Genitumq̧ credit uenere:uulcão satum
Vis magna mẽtis blãdus atq̧ animi calor
Amor est:iuuenta gignitur luxu ocio:

BER. Philippi:cãpi ĩ Thessalia ubi octauiãus brutũ su perauit caputq̧ eius romã misit:ut statue Cæsaris submitterẽt. Siculũ mare:hoc fuit bellũ aduersus sextũ põ peiũ filiũ magni põpei. Cedẽtes:quia bellũ erat ĩter ciues. Supatus. Marcus Antonius petit nilũ fugit ĩ egyptũ. Hausit ĩcesta egyptus:ꝑpter Cleopatrã ĩcestã quæ Antonio nupserat repudiata octauia sororẽ augusti. Romãi ducis. Marci Antoni. Sepultũ:finitũ omne bellum ciuile ibi fuit. Victor:augustus Feris crudelibus:nã ĩter ciues erat bellũ. Ebetatos:qui nõ plus incidebãt. Militis:octauianus fuit tutus armis & fide militũ nõ bẽiuolẽtia ciuiũ. Manebũt:collocabor ĩ numero deorũ si prius inimicos sustulero. Domũ stirpẽ meã:si habuero uxorẽ de q̃ possũ suscipere filios:nã Octauia sterilis ẽ. Iunonis q̃ ioui fratri nupta ẽ. Incesta genitrix mesalina mr̃ eius adultera facit ut putẽ octauiã similẽ illi:nec liberos certos et illa posse hẽre. Coniugis:Octauie quæ nũquam dilexit me. Teneris:non debet puella ostẽdere amorẽ: sed ĩtra pectus diligere. Tegit:occultat uerecũdia. Credidi habebã hanc opinionẽ prius:sed uideo multa signa odii. *Octauia*

Diſce:cognoſce ſcelus meū eſſe magnum:qa omnino uolo mori:unde exhortatur eum ut eam perimat. Mēte noſtra:quia uolentē occides:nam ut inquit iuriſconſultus uolēti non fit iniuria. Times:quaſi dicat tu qui filius es herculis non deberes timere. Ita:adiurat ut debeat parare dextram ad matrem occidendū. Iuſſa:nō ſicut hercules q̄ iuſſus ab euriſtheo per orbem perdebat monſtra. Mala peragens:perdens monſtra:& in iuſſus & ſponte oīa facies.
Referas:repreſentes fortitudinem patris. Para:ad percutiendum. Erumnis:unde me liberabis tot miſeriis. Feri:percute. Remitto:dono. Eumenides:furie audio uerbera furiarum. Quæ nam:uidetur uidere furiam, & interrogat quæ nam ſit:& cognoſcit eſſe megeram. Vipereo:nam loco capillorum habent ſerpentes. Temporibus ſcilicet capitis. Poſcit:alcides uenis ad uindictam herculis libenter dabo penas. Iam ne:quando uenit furia:putat quodāmodo ſe citatam ad īferos:unde dicit o diua: ſcilicet megera ſedent me iudices pro tribunali ad inferos quæ uenis tanq̄ nuntia ad me. Sed ecce:uidetur ire ad inferos & uidere Syſiphum & ixionem. Detrictus: habēs humeros detrictos:ſyſiphum intelligit. Rote:intelligit ixionem.
Suſtine:ſupprime.noli me cruciare:nā fatebor ſcelus meum quod feci propter amorem credendo reuocare herculem eo modo ad amorem meum. Sed quid:uidetur uidere homines totius mundi qui ueniant ad perdendum eam quod occiderit defenſorem ſuum. Labat:tremit. tanquā furiata loquitur:ut modo ſit ad inferos modo ad ſuperos.
Cetus:turba. Vindicem:herculē liberatorē. Agā: quo immittam fugam meam:non inuenio locum tuū niſi mortem. Rotam:flammeam.currum igneum ſolis. Terris: adhuc uiuentem:& hæc dicēs aufugit:& hylus ſolus remanet dubitans quid agat:an permittat matrem perire: quod ſi fecerit uidetur facere contra pietatem patris:ſi uero permiſerit mori illam eo modo impius erit.unde dubius multum demum deliberat illam inhibere.
DANIEL. Parce iam:oritur dialogus inter matrē & filium hic ne ſe perimat mater.illa ut ſe perimat filius:hortatū pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem. A matre diſce: mater ero tibi exemplo ad fortitudinē animi preſtandā in ſcelere. Dabo:me puniendam. Sedere:pro tribunali ꝓlaturi de me ſententiam exigendæ pœnæ. Sed ecce:homicidis & adulteris in morte ipſa ſemper obuerſantur dæmones qui egredientem animam rapiant & ferant ad tartarum. Rotam:ſinecdoche a parte totum denominatur
Iam parcite:mihi.ualete:ego in infernum feror ad domum ditis.

Et quicquid aliud reſtitit:ab illis tamen
Coniunx rediſti.
Hy. Parce iam mater precor
Ignoſce fatis:error a culpa uacat.
de. Si uera pietas hylle quercēda eſt tibi:
Iā ꝑime matrē:pauida q̄d tremuit manus
Quid ora flectis hoc erit pietas ſcelus.
Ignaue dubitas:herculem eripui tibi.
Hæc hæc ꝑemit dextra:cui debes patri
Auum tonantem:maius eripui decus:
Quā in luce tribui:ſi tibi ignotū eſt nefas
A matre diſce:ſeu tibi iugulo placet:
Merſiſſe ferrū:ſiue maternum libet
Inuadere uterum mater intrepidum tibi
Præbebit animum:non erit totum ſcelus
A te peractum:dextra ꝓſternar tua
Sed mente noſtra:natus alcide times
Ita nulla peragas iuſſa:nec peragens mala
Erres per orbem:ſi qua naſcetur fera
Referas parētem:dexteram ītrepidā para.
Patet ecce plenum pectus erumnis:feri.
Scelus remitto:dexteræ parcant tuæ.
Eumenides ipſæ:uerberū crepuit ſonꝰ.
Quæ nā:iſta torquēs āgue uiperio comā
Temporibꝰ atras ſqualidis ꝑenas quatit:
Quid me flagrāte dira perſequeris face.
Megera pœnas poſcit alcides:dabo.
Iam ne inferorum diua ſedere arbitri:
Sed ecce diras carceris uideo fores.
Quis iſte ſaxū immane detritus gerit:
Iam ſenior humeris:ecce iam uectꝰ lapis
quærit relabi:mēbra quis præbet rotæ
Hic ecce pallens dira teſiphone ſtetit.
Cauſam popoſcit:parce uerberibꝰ p̄cor
Megera parce:ſuſtine ſtygias faces.
Scelus ē āoris:ſed quid hoc:tellus labat:
Et aula tectis crepuit:exceſſit minax
Vnde iſte cetus:totus in uultus meos
decurrit orbis:hinc populi premunt:
Totuſq; poſcit uindicem mundus ſuum:
Iam parcite urbes.quo fugā preceps agā:
Mors ſola portus:dabitur erumnis locus.
Teſtor nitentis flammeam phœbi rotā:
Superoſq; teſtor:herculem terris adhuc
moritura liquo. hy. Fugit attōita hei mihi:
Peracta iam pars matris eſt:ſtatuit mori.
Nunc noſtra ſupeſt mortis auferre īpetū.

O misera pietas si mori pateris tamen:
Patri es scelestus: si mori matrem uetas
In matre peccas: surgit hinc illinc nefas.
Inhibenda tamē est: pergā & eripiā scelꝰ.

Chorus.

Eerum est quod cecinit sacer
u Tangens thraitiam chelim
Orpheus calliope genus.
Aeternū fieri nihil. Illius stetit ad modos
Torrētis rapidi fragor. Oblitusq; seq fugas
Amisit liquor impetum.
Et dum fluminibus mora est:
Defecisse putant geten
Hebrum bistones ultimi.
Aduexit uolucrem nemus:
Et sylua residens uenit.
Aut si qua aera peruolat
Auditis uaga cantibus
Ales deficiens cadit
Abrupit scopulos athos
Centauros obiter ferens:
Et uicta rhodope stetit:
Laxata niue cantibus.
Et quercum fugiens suam:
Ad uatem properat drias.
Ad cantus ueniunt suos.
Ipse cum latebris ferę.
Iuxtaq; pauidum pecus
Sedit marmaricus leo:
nec damme trepidant lupos
Et serpens latebras fugit
Tunc oblita ueneni.
Quin per tenareas fores:
Manes commonitos adit.
Merentem feriens chelým:
Cantu tartara flebili:
Et tristes herebi deos.
Mouit: nec timuit stygis
Iuratos superis lacus.
Hesit non stabilis rota
Victo languida turbine.
Increuit tytii iecur.
Dum cantus uolucres tenet
Audito quoq; nauita
Inferni ratis equoris
nullo remigio uenit.
Tunc primū phrygiꝰ senex.

BER. Hinc & illinc: ex utraq; parte.

Erū est. Versus est glyconicus coriambicus Chorus adiuuerat herculē morientem: unde ītelligens nihil eternū ī hoc mūdo esse ībecillitatē uitæ nr̄æ arguit: hæc sententia fuit Orphei: q propter uxorē euridicē descendit ad inferos: hæc ab aristeo filio apollinis amata quē cū semel ipsa fugeret a serpente in calcaneo lesa occubuit: pro qua recuperanda usq; ad inferos descēdit Orpheus: ut late & pulcherrime describit Virgi. geor. iiii. hic modulatu citharæ & dulcedine non solum homines sed lapides & siluas innumerū se motare cogebat. dicente Ouid. in. iii. de arte. Saxa ferasq; lyra mouit rhodopeius orpheus. Tartareosq; lacus trigeminūq; canem. Sacer: qa uates uel filius caliopes & Apollinis: uel Oeagrii fluuii. Chelī: cytharā thraitiā: nam ipse trax gente fuit. Aeternū: hoc ē quod cantabat. Fugas: cursum suā. Liquor: aqua. Mora: tardatio ad audiendū. Bistones: ultimi thraces teste solino. Bistones sunt in ultima parte thraciæ. Ebrū geten: fluuiū qui ad eos nō currebat propter somnū orphei. Defecisse: sicatū fuisse. Nemus: uenit & aduexit secū aues ad audiendū cantū orphei. Si qua: aliqua auis uaga. i. discurrens per aerem. Athos: mons inter macedoniā & thraciā Abrupit: scidit ut sequeretur orpheum. Ferens: centauros: quia ibi sedes fuit centaurorū. Obiter: aduerbium sine intermissione: sumptum ab eo qui eundo non intermittit aliquid qn faciat q̄ dent. Rodope: mons thraciæ. Laxata: liquefacta aliter legit̄ rhodopē & melius athos firmauit rhodopē: nā montes uicini sunt. Dryas: nimpha a q̄rcu denominata: nam siluas habitare dicebatur: dryos quercus dicit̄. Marmaricus: libicus marmaride populi sunt lybiæ. Damæ: capreæ siluestres natura timidissime. Latebras: cauernas exit serpēs ad audiendum: nec ulli nocens.

Tenareas: nam promontoriū ī laconia esse dicunt tenarū ubi est descensus ad inferos. Adit: iuit orpheus. Iuratos: nam ꝑ styga iurant dei. Hesit: firmauit se rota ixionis nec uultures corrodebant iecur titii: dum audirent cantus Orphei. Nauita equoris inferni. caron uenit ad ipsum sine remis. Phrygius senex: tantalus qui regnauit in phrygia.

DANIEL. Superst nostra: ad me pertinet none dictum & contra tritam consuetudinem latinitatis.

u Erum est: occasione discissi fœderis maritalis inter herculem & Deianiram lamentatur chorus nihil esse in humanis perpetuum ex auctoritate orphei: ad quod possumus illud apollonii etiam adiungere ad robur sentētiæ & auctoritatis orphei nihil esse ꝑpetuo dulce: sed plene amara dulcioribus cōfundi & admisceri. ἀλλα γαρ οὔποτε φῦλα δυηπατέων ἀνθρώπων τερπωλῆσ ἐπέβημεν ὁλωπολι. συν δε τἴσ αἰ εἰ πικρη παρέμβλωκεν εὐφοσύνησῖν ἀνίη. Orpheus cum reparatam sociam iterum amisisset detestatus fœminas seq̄batur mares ob quod merito fulminatū a ioue tradidit Diogenes Laertius cuius poetæ clemētissimi hymnos & argonautica lectitauimus quāq̄ aristoteles tradat nunquā fuisse orphei.

BER. Excussit:deposuit audiendo cantus. Lapis.s. sysiphi potuit sequi uatem orpheum & relinquere sisyphum

Deæ.s.parce supplent colos:idest restituunt stamina euridices quæ iterũ restituitur ad superos marito. Respicit: retro aspicit. Immemor.s.legis date sibi quam uidimus apud Ouidium. Sibi redditam.i.restitutam ad uitam.

Sequi:quod sequeretur. Premia:uxorem datam propter cantum. Periit:reuersa est ad inferos. Digerens: ordinans. Nulli non:idest omni:quando negatio ē post posita. Nectere:finire uitam idest omnia esse mortalia.

Deuictus:testis est sententiæ orphei quicquid habet ortum habet finem. Obrutis:confusis. Dies:scilicet extrema ueniet mundo quæ sententia Platonis est. Australis:arctous septentrionalis. Auulsum:raptum:& sic omnia confundentur. Siccus:quia inducit serenitatē. Mors aliqua:quasi dicat mors conueniens illis: quia non sunt ut homines. Mors:& mors dea mortis dabit sibiipsi finē.

In se:contra se. Quis locus:si uerum est ꝙ cadet mũdus ubi erit:an in aere:uel ibit ad inferos. Discedet.aperietur terra. Sat sufficiet illud spacium aeris.

DANIEL. Hæc orpheus:sensus est quæ concesserunt sibi inferi contra legem superorum cecinit gethis orpheus sed deus qui annus in quattuor partes diuisit auido parcarum stamini inuoluenda omnia permisit & quod semel natum est olim mori oportere:ergo & mundus aliquando cadet & deperderur iuxta lucretium. Vna dabit exitio multosq; per annos sustentata ruet molles & machina mundi.

Cœli:regia concidet:mundum æternum:immensum ingenitum nunq̃ interiturum Plinius & Diodorus affirmãt. huius extra indagare nec interest hominum nec capit humanæ coniectura mentis. Epicurus contendit ex athomis genitum nunq̃ habiturum esse finem sed perpetua ac promiscua rerum generatione sibi successurum:& stultos fuisse illos affirmat qui mensuram eius animo agitare & prodere ausi sunt.

Vndis stantibus immemor:
Excussit rapidam sitim.
nec pomis adhibet manus.
Sed cum linqueret inferos
Orpheus carmina fundens:
Et uinci lapis improbus
Et uatem potuit sequi.
Consumptos iterum deæ
Supplent eurydices colos.
Sed dum respicit immemor
nec credens sibi redditam.
Orpheus eurydicem sequi.
Cantus præmia perdidit.
Quæ nata est/iterum perit.
Tunc solamina cantibus
Querens flebilibus modis.
Hæc orpheꝰ cecinit gethicis.
Leges in superos datas:
Et qui tempora digerens
Quattuor:precipitis deus
Anni disposuit uices.
nulli non auidas polo
Parcas stamina nectere
Quod natũ est poterit mori
Vati credere traitio
Deuictus iubet hercules.
Iam iam legibus obrutis
Mundo cum ueniet dies.
Australis polus corruet:
Quicquid per libiam iacet
Et sparsus garamas tenet.
Artous polus obruet.
Quicquid subiacet axibus:
Et siccus boreas ferit.
Auulsum trepidus polo.
Titan excutiet diem:
Cœli regia concidet
Certos atq; obitus trahet:
Atq; omnes pariter deos
Perdet mors aliqua & chaos
Et mors fata nouissima:
In se constituet sibi.
quis mundũ capiet locus:
Discedet uia tartari
Stratis ut pateat polis.
An quod diuidit æthera
A terris spatium sat est:

Et mundi nimium malis
Quis tantum capiet nefas:
Fati:quis superis locus:
Pontum:sidera:tartara:
Regna unus capiet tria
Sed quis non modicus fragor
Aures attonitas mouet:
Est est herculeus sonus.
Actus.iiii.Hercules Chorus.Her.loquit̃
Onuerte titã clare anhelãtes equos
c Emitte noctẽ:pereat hic mũdo dies
quo moriar:atra nube ihorrescat polus
Obstat nouercę:nunc pater tecũ chaos
Reddi decebat:hinc & hinc compagibus
Ruptis uterq; debuit frangi polus:
Quid parcis astris:herculẽ amittis pater.
Nunc parte in omni iuppiter specta poli.
Ne quis gygas thessalica iaculetur iuga.
Et fiat otris pondus encheladi leue
Laxauit atri carceris iam fores
Pluto superbus:uincula excutiet patri
Cœlũq; reddet:ille qui pro fulmine
Tuisq; facibus in terris natus eram.
Ad stygã reuertor:surget enchelad9 ferox
Mittetq; quo nũc premit̃ i superos onus.
Regnũ omne genitor ætheris dubiũ tibi
Mors nostra faciet:ante q̃ spolium tui
Cœlũ omne fiat:conde me tota pater
Mundi ruina:frange quem perdis polũ.
Cho.Non uana times nate tonantis:
Iam thessalia pelion ossa
Præmet & pindo congestus athos
Nemus æthereis inseret astris
Vincet scopulos inde typheus
Et tarrhenam feret inarimem
Feret æthneos inde caminos:
Scindetq; latus montis aperti
Nundum encheladus fulmine uictus
Iam te cœli signa sequentur.
Her.ego qui relicta morte:cõtẽpta styge:
Per media lethes stadia cum spolio redii.
Cum pene trepidis excidit titan equis
Ego quem deorum regna senserunt tria
Maior nec:ullus per meum stridit latus
Transmissus ensis:aut meæ telũ necis
Saxam est:nec instar mõtis abrupti lat9:
Aut totus othris:nõ truci uultu gigas

BER. Nefas:tantã ruinã. Vnus.s.locus erit q capiet tria regna.s.pontũ:cœlũ & tartara. Sed qs:dat locũ sequẽti scene:ueniebat hercules grauatus non modicus.i.magnus.

Onuerte:Hic est q̃rtus actus ubi Hercules dolet c de hoc tã diro generẽ mortis uertitq; sermonẽ suũ ad solẽ & Iouẽ patrẽ suũ qui mundũ deberet perdere eo moriẽte. Cõuerte:ut fiat eclypsis. Anhelãtes: spirãtes ꝓpter laborẽ. Chaos:debebas cõfundere totũ mundũ iuppiter. Parcis astris:quid uis habere astra:tu ꝑdis filiũ tuũ qui debebat eẽ carior astris. Nunc pte:nunc ẽ tibi custodiẽdũ cœlũ ne mortuo hercule cõtra te surgãt gigãtes. Otris:mõs thessalie. Põdus leue.ut iaciat illũ mõtem cõtra te sicut lapidẽ. Laxauit:aperuit.s.moriente hercule ut emittat saturũ patrẽ cõtra te. Patri:saturno. Pro fulmie:loco fulminis:nã ubi erã nõ opus erat ut fulminares mõstra. Reuertor:morior ut uadã ad styga ubi alias fui. Encheladus:gigas qui dicitur sepultus sub æthna audita morte herculis surget & mõtẽ quo ꝑmit̃ iaciet in cœlũ. Dubiũ:q ai surgẽt hostes:id eo prius facias mũdũ cadere q̃ ueniat tãta pturbatio:& uideberis id facere i dolorẽ filii herculis. Spoliũ:q; eripiet tibi ab hostibus

Nõ una:uersus anapesticus:ibi chorus confirmat dicta herculis. Inseret:tãget astra cũ silua sua. Feret:portabit cõtra iouẽ scopulos & mõtes. Tyrrhenã inarinẽ:dicit̃ a nr̃is poetis inarĩe ĩsula q̃ ẽ sita ĩ tusco mari sinuq; cãpão ĩ quo mõs erat istar æthne incẽdia eructãs:Quãobrẽ dixerũt typhœũ gygãtẽ iouis ĩpio sub illo cõprimi Virgilius lib.æneidos nono:cũ sonitu proclyta alta tremit:durũq; cubile inarime iouis ĩperiis ĩposta typheo.Et lucãus similiter libro quito. Encheladus:gigas filius terræ & titani feret æthnã ardẽtẽ cõtra iouẽ. Iã te:o hercules si morieris ista surgẽt. Ego:rursus Hercules dolet de generẽ mortis:ego q uici mõstra & iferos:nũc pereo manu unius fœmie. Stadia:cãpos. Cũ spolio.s.cerbero. Excidit:quãdo uidit sol tã horribilẽ cerberũ. Tria regna:mar̃:ifernus & cœlũ. Nec ullus:nõ morior gladio nec saxo. Latus: una rupes:si qs debuisset me occidere opus fuisset iacere montẽ otri:uel rupẽ cõtra me. Non gigas.s.iecit in me pindum:sed morior sine hoste:quod mihi dolendum est.

D Onuerte titã:idignat̃ hercules decus uirtutis suæ c latẽti & pigra tabe aboleri,& sẽtiens lãguescẽte spiritũ paulati extigui petit a ioue & phœbo comunẽ totius terrarũ orbis ruinã. Actus quarti pricipium cũ sexto Carmie iãbico trimetroa catalectico. Hunc pte i omni:attẽde iuppiter & caue tibi ab insanis gigantibus ne cõgestis uerũ mõtibus sena prælia instaurẽt quia non ero istatiõe positus ut antea ꝓ te & tota celesti republica

Inarime:tota dictio & ꝓpterea corrige superius mẽdã i nostris enarratiõibus uicio ipressoris cõmissã qui cũ illic tũ plurimis ẽt i locis mihi nocuit & rebus meis dũ ꝓperat numos annumerare sibi:hic autẽ seneca opinionẽ homeri æmulatur qui occidit typhoea inarinus suppositũ. ex græco dictionario itẽ tollẽda ẽ ptinax mẽda quæ sub arinus mõtibus fert esse sepultũ & psyli posita ẽ sup α qua si separata sit dictio & .ειν.loco præpositiõis pressa. quo loco cui uertẽdũ sit uicio nõ ẽ meũ finire. Ego qui:dolet hercules uitã nõ potius armis quã peste finiri. heu me miserũ q morior hoste femia & utinã iunone fœmina se omnino mihi sub femina moriendum erat.

BER. Summus:extremus. Nullum malum: nullum monstrum. Deberem:saltem mori perdendo monstra.
Impendo uitam:morior nihil faciendo. Testes:qui uidistis facinora mea. Mortem perire:uultis ut moriar nihil faciendo:ut & in morte mea nihil preclarum agatur.
Feretur:dicetur perdidisse herculem. Quibus:scilicet feretur. Auctor:scilicet necis quasi dicat occidor & non occidi. Inuicta:quæ non possunt mutari:si erat moriendum manu fœminæ:saltem mortuus essem manu amazonum:aut iunonis. Terq;:si mea mors cucurrit ter tā turpia fata in mulieres scilicet iunonem & amazones.& deyaniram. Cadere:mori. Iunonis:nā laudabilius fuisset ꝙ odio iunonis perissem quæ regina cœli dicitur. Nimis:scilicet uisum est ut caderem manu iunonis. Fœmine cuius:quasi dicat uilissime deianire Iuno tu habes partem dedecoris quod non potuisti me occidere: quē deyanira nunc perdidit. Quid:tu letaris quod morior: sed deberes tristari. Tale:nunq̄ potuisti mittere tale monstrum ꝙ occideret me. Irate tibi.s. contra me. Mortalis :una deyanira plus potuit q̄ tu & ego. Imparem:non ita fortem & potentem ut perdere posses herculē. Duobus:scilicet deyanira & ame. Pudeat:quia nō potuerūt me occidere. Vtinam:saltem perissem ab aliqno monstrorū quæ superaui. Nemea pestis:nemeus leo. Vallatus:circundatus: Tabe:sanguine meo infecto. Inter umbras:utinam retentus fuissem apud inferos. Spolia ultima.cerberum de ultimo regno. Læto: inclyto.morte gloriosa. Triformis :cerberus habens tria capita qui uiso sole uoluit retrahere herculem ad inferos. Pastoris feri:gerionis. Gemina serpens: uel intelligit serpentes missos a iunone quando in cunis erat:uel idram quæ geminabat capita. Viden : inducitur chorus qui dicit herculē dolore non de morte:sed de genere mortis. Auctoris:scilicet mortis suæ. Cupit:uoluisset mori cōtra aliquē gigantem:aut contra rabidam feram. Si tua:si doles de genere mortis:non de morte:quis esset dignus occidisse te non est aliquis qui potuisset te superare:cum omnia uiceris:opus fuisset ut teipsum perdidisses.
DANIEL. Non morte dolet: quod foret preter decorum uiri fortis & magnanimi.

Pindo cadauer obruit toto meum
Sine hoste uicor:quodq; me torqt magis.
O misera uirtus summus alcide dies
Nullum malum prosternit:impēdo male
In nulla uitam facta:proh mundi arbiter
Superiq; quondam dextræ testes meæ:
Proh cuncta tellus herculis nostri placet
Mortem perire:dirus o nobis pudor.
O turpe factum:fœmina herculeæ necis
Auctor feretur:auctor alcide quibus:
Inuicta si me cadere fœminea manu
Voluere fata:terq; tam turpes colos
Mea mors cucurrit:cadere potuisse mihi
Iunonis odio:fœminæ caderem minis
Sed cœlū habētis:sed nimis supis fuit:
Scitico sub axe genita domuisset meas
Vires amazon:fœmine cuius manu
Iunonis hostis uincor:hinc grauior tui
Nouerca pudor ē:qd diē hūc lætū uocas
Quid tale tellus genuit iratæ tibi:
Mortalis odia fœmina excessit tua.
Adhuc ferebas esse te alcide imparem:
Victa es duobus:pudeat irarum deos.
Vtinam meo cruore satiasset suos
Nemea rictus pestis:aut centū anguibus
Vallatus hydram tabe pauissem mea.
Vtinam fuissem præda centauris datus.
Aut inter umbras uictus æterno miser
Saxo sederem:spolia contraxi ultima
Fat o stupente:nunc ab inferna styge
Lucem recepi:ditis euici moras.
Vbiq; me mors fugit:ut læto inclyto
Fortis carerem:o feræ uictæ feræ:
Non me triformis sole conspecto canis:
Ad styga reduxit:non sub hesperio polo
Hibera uincit turba pastoris feri:
Nō gemīa serpens.pdidi mortē: hei mihi
Totiēs honestā titulus extremus quis ē:
Cho. Viden ut laudis conscia uirtus
Non letheos horreat amnes
Pudet auctoris:non morte dolet
Cupit extremum finire diem
Vasta pressus mole gigantum
Et monstriferum titana pati.
Rabideq; necem debere fere
Si tua causa est miseranda necis.
Quod nulla fera est;nullusq; gigas.

Iam quis dignus necis herculeæ
Superest auctor nisi dextra tui:
Her. Heu quis intus scorpius: qs feruida
Plaga reuersus cancer infixus meas
Vrit medullas: sanguinis quondã capax
Tumidi iecur pulmonis arentes fibras
Descendit: ardet felle siccato iecur.
Totumq; lentus sanguinem auexit uapor
Primã cutẽ cõsũpsit abstulit costis iecur:
Exedit artus: penitus & totas malum
Hausit medullas: ossibus uacuis sedet.
Nec ossa durant ipsa: nec compagibus
Discussa ruptis mole colapsa fluunt.
Defecit ingens corpus: & pesti satis
Herculea nõ sũt mẽbra ꝓh quãtũ ẽ malũ
Quod esse uastũ fateor: o dirum nefas:
En cernite urbes: cernite ex illo hercule
Quid iã superstit: herculẽ agnoscas pater
His ne ego lacertis spolia nemei mali
Elisa pressi: tensus hac arcus manu
Astris ab ipsis detulit stymphalidas
His ego citatam gressibus uici feram
Radiante clarum fronte gestantem caput
His fracta calpe manibus elisit fretum
His tot fere tot scelera tot reges iacent
His mũdꝰ hũeris sedit hæc moles mei ẽ:
Hæcne illa ceruix: has ego opposui manꝰ
Cœlo ruenti: cuius o custos manu
Trahetur ultra stygius: o uires prius
In me sepulte: quid patrem appello iouẽ
Quid per tonantem uẽdico cœlũ mihi
Quecũq; pestis uiscere in nostro lates
Procede: quid me uulnere occulto petis
Quis te sub axe frigido. pontus scythes
quæ pigra thetis gẽuit: aut maurũ premẽs
Ibera calpe littus: o dirum malum.
Vtrum ne serpens: squalidũ crista caput
Vibrãs: an aliquod mihi ignotũ ẽ malũ
Nunquid cruore es genita lerneæ feræ:
An te reliquit stygiꝰ in terris canis
Omne est malũ nullũq; quis uultꝰ tibi ẽ.
Concede saltem scire quo peream malo:
Quæcũq; pestis sæua: quocũq; es effera.
Palam timeres: quis tibi in medias locũ
Fecit medullas: ecce direpta cute

BER. Nisi dextera: nisi occidas teipsũ. Heu qs: ostẽdit cruciatũ suũ. Feruida: qa cũ sol ẽ ĩ cancro magni sunt ardores: nã est ad toridã zonã. Sanguis: iã absumpta sunt uiscera mea. Capax: ꝙ solebat habere sanguinẽ nunc totũ aret. Auexit: consũpsit. Vapor: calor ueneni tardus qui paulatim cõsumit. Primã: prio consumpsit pellem: postea ĩterius membra. Fluunt: cadũt & separãtur. Cõpagnibus: iuncturis. Colapsa: mole cadẽte magnitudĩe corporis. Herculea: habet emphasim: qua solebant esse ita uasta. Proh: quãdo sum solitus tolere ingẽtia mala si fateor magnũ istud credẽdum est mihi. Vrbes: uocatur bes ut ueniãt uisum hoc monstrum quod hercules ita uictus sit. Agnoscas: ĩdignabunde uertit sermonẽ ad iouẽ

His: ostẽdit brachia iã consũpta quibus tot mõstra sustulit in terris. Gressibus: pedibus: & ostẽdit eos. Ferã: ceruam: de qua diximus quæ habebat cornua aurea. Calpe mons in extrema hispania de quo diximus: ibi dictus est Hercules posuisse metas & columnas laborũ suoꝝ. His humeris: ostẽdit eos peste populatos. Moles: magnitudo corpotis mei quæ iã tota consũpta est. Cœlo: ruenti. quando fuit contra gigantes. Cuius: quasi dicat nullius: quẽadmodũ tractus est meis. Per tonãtem: dicendo me filiũ iouis. Quecũq;: sentiens itestinũ cruciatũ: ad dolorem suũ uertit sermonem. Procede: exi foras. Quis te: ubi natũ ẽ tãtum malũ an in mari euxino seu gontico aut in mari oceano. Pigra: quia ibi congelatur mare. Serpens: est ne serpens ĩ uisceribus meis genitus ex idra aut ex spuma cerebri infernalis: qui uenena dicitur reliquisse ĩ terris. Omne: credo omnia mala esse in me: inde credo nullum: quia non uideo. Vultus: facies: dimitte saltẽ te uideam. Concede: premitte. Timeres. s. me in aperto.

Ecce: icepi dirumpere pellem ut possim te uidere: & ita dicendo dilaniabat sibi corpus: uestem detrahendo.

DAN. Ardet felle sicato: intestina & partes uitales iam ĩ me sũt consumptæ & mẽbra atq; hercules ille per totũ corpus uigor cõtabuit ut uix cognoscar amplius hercules adeo strigosa sunt ilia & exinaniti lacertoꝝ tori. Tot feræ: ut leo aper ceruus hydra centauri. Tot scelera: ut cacus cerberus triceps. teque diomede busiris latro. Antheus gigas. Tot reges: ut gerion œneus euritus Alous in archadia rex pater Auges quam ipse hercules clam stuprauit & genuit ennaplium iuxta portum parlẽte matre in arcula expositum deinde infantem cerua enutriuit quẽ pastores cum iuenissent dono tulerunt ad regem Corytũ quem loco filii educauit appellauitq; thelephũ diomedes & demum eurysth ea cum iunone patientia. Procede: e uocat tabem quasi cum ea certaturus si in medium procedat per metaphoram ab animato ad inanimatum a serpente ad uenenum adeo audax & fidens sui erat uirtus ĩ hercule. Vtrum ne serpens: ac si dicat quid torquet me non sat scio. Omne est malum: post addubitationem cõfirmatio sequitur. Palam timeres: propterea non egrederis palam qui timeres lacertos meos.

BER. Latebra:quia abſcondis te ne poſſim uidere. Si mile herculi:inuictũ:quemadmodũ hercules nõ potuit ui ci nec tu malũ. Vnde:miratur dolorem & ꝙ emittat la chrymas. Pudet:ẽ parẽthesis. Vidit:quaſi dicat nulla. Siccus:ſine lachrymis. Tibi uni:ſ.malo uirtus mea q̃ ſupauit oĩa monſtra ſuperatᷓ a te. Abſtuliſti:ꝑ uim extra xiſti lachrymas. Durior:q nõ poterat flecti ad lachrias. Vaga ſymplegade:inſtabilibus cyaneis ſcopulis:de qui bus diximus. Infregit.ſ.malũ. Magis:quod uiderit me iuno flentem magis doleo. Vnde fulmen:q̃ſi dicat ſaltẽ iuppiter mitteres fulmẽ in me:ut cito perire:Quid non: quaſi dicat oĩa:poſtquã ſuperauit herculem. Hemo:mõ te thracie. Lẽtior:flexibilior. Axe paraſio:arctico:ubi ẽ urſa quæ oli fuit caliſto uirgo de paraſia pte archadiæ:nã hercules uertẽdo ſe quãdo poterat reſiſtebat dolori arcti cũ axem flexuoſum & tortuoſum eſſe iter ſinus ſerpentis deſcripſimus in prima tragœdia. Ceſſit:dedit uicta. Fle ctit.ſ.hercules reſiſtẽdo dolori:fortitudo uicit dolorẽ mul totiens & facit cõparationẽ:ut in ſythia niues aliquãdo in cipiunt diſſolui.ſed nõ penitus reſiſtẽte frigore. Virtus: fortitudo. Reſoluit:ſiſtit dolorẽ & lætũ. Laxare:lique facere. Nefas glaciale:malũ frigoris. Iubar:radios ſolis.

c Onuerte:Proſeqtur lamẽtationẽ ſuam hercules rogãdo Iouem:ut ipſum fulmiet liberetq; tanto cruciatu illum q nunquã ſolitus eſt ſimiles preces fundere. Implicaret:iuolueret. Poſſeſſus:circũdatus te nebris fui cũ fato.i.morte:nec te iuocaui. Torſi:eleuaui te uocãdo. Mãus.ſ.mea ſẽper dabat ſpẽ uictoriæ. Pro pter me:nunquã rogaui ut hoſtes meos fulminares:unde hoc die licet alquid optare. Sũmus:extremus quia nihil aliud unquam petã. Peto:ut fulminesme. Aſſerere:uin dicare mihi:poteram me facere unum uerũ gigãtem:ſed nolui turbare te cũ crederẽ uerũ patrẽ meũ eſſe. Cõmo da:mittẽdo fulmẽ. Ante mortẽ:antequã moriar:ut ſal tẽ dicar cecidiſſe fulmine iouis. Nefas:ut dicaris occidiſ ſe herculẽ emitte cõtra me gigãtes. Siculo:uertice etna ſubquo ſepultus eſt encheladus.

DAN. Mãus:mea detexit carnẽ ſi te queam cõſpicari o dira cõtagio. Simile herculi:uirtuti meæ ſimile. quæ hactenus fuit idomita. Vnde:herculem nõ decet flere ideo hæ lachrymæ ex idignatiõe magis exprimunẽ q̃ ex doloris ĩpatiẽtia. Vultus:meus. Quidñ:apte poeta ſu pſedet a dolore herculeo ĩ chori cõmiſeratiõe deſcribẽtis quo geſtu hercules exſpirauerit licet plurimum uenienti morti reſtiterit.

c Onuerte:hercules ut q amplius dolori reſiſtere nõ poterat petit a ioue præ properã mortẽ. Alc mena mater diſſuadet carmen inſcribiẽ trimetro archilochio acatelectico. Nunq̃ ad tuas:ego in omnibus erumnis meis nunq̃ te ꝑcibus fatigaui pater:neq; opem ut ferres iploraui ſatis & ſup uirtute illa ĩnixus quã ĩ me oli ĩfantẽ cõtuliſti:nũc ubi tabifico malo cõſumitur accur re & corripe me fulmie. Gigãta:ſinge me eſſe inimicũ tibi qui tamẽ cœlũ meis armis nunq̃ laceſſiui:nã ut mori ar q̃ ocyſſime ueli uideri inimicus:quẽ fulmine cõfodias. erit mihi iſtar magni muneris hoc genus mortis quod ſal tem uidebor ioue ultore cecidiſſe non pigra tabe.

Víſcera manus detexít:ulterior tamen
Inuenta latebra eſt:o malũ ſimile herculí:
Vnde iſte fletus uñ ĩ has lachryme gẽas
Inuíctus olim uultus eſt:nunq̃ malis
Lachrymas ſuis præbere cõſuetus:pudet:
Iam flere dídícít:quis dies fletũ herculis
Quæ terra uidít:ſiccus erumnas tuli:
Tibi uirtus illa:quæ tot elíſit mala:
Tíbí ceſſít uní:príma & ante omnes míhí
Fletum abſtulíſtí:duríor ſaxo horrído
Et calybe uultus:& uaga ſymplegade:
Rítus meos ínfregít:& lachrymã extulít:
Flentẽ:gementem:ſumme protector polí
Me terra uídít:quodq; me torquet magís
Nouerca uídít:urít ecce íterum fibras.
Incaluít ardor:unde nunc fulmẽ míhí:
Cho. Quíd non poſſít ſuperare dolor:
quondam getico duríor hemo:
Nec parnhaſio lentíor axe
Sæuo ceſſít membra dolorí:
Feſſumq; mouens per colla caput:
Latus alterno pondere flectít
Et lætum uírtus ſæpe reſoluít
Síc arctoas laxare níues:
quamuís trepído ſídere títan
Non tamen audet:uícítq; nefas
Solís aduſtí glatíale íubar.
Hercules: Alcmena. Her. loquitur.

c Onuerte uultus ad meas clades pr̃.
Nũq̃ ad tuas cõfugít alcídes man9.
Nõ cũ ꝑ artus hídra fœcundũ meos
Caput ímplícaret:ínter ínfernos lacus
Poſſeſſus atra nocte cum fato ſtetí.
Nec ínuocauí:tot feras uící horrídas:
Reges tyrannos:non tamẽ uultus meos
In aſtra torſí:ſemper hæc nobís manus
Votũ ſpopõdít:nullaq; ꝑpter me ſacro
Mícuere cœlo fulmína:híc alíquíd díes
Optare íuſſít:prímus audíret præces
Idemq; ſummus:unícũ fulmen peto
Gyganta credẽ non mínus uerum míhí
Aſſerere potuí:dum patrem uerum puto
Cœlo peperci:ſíue crudelís pater
Síue es míſerícors:cõmoda nato manum:
ꝓpera ãte mortẽ:& occupa hãc laudẽ tíbí
Vel ſí te píget:manuſq; deuítat nefas:
Emítte ſículo uertíce ardentes pater

Titanas in me:qui manu pindum ferant
Aut te ossa:q me mōte ꝓiecto opprimāt.
abrūpe & herebi claustra:me stricto petat
Bellona ferro:mitte gradiuum trucem.
Armetur in me dirus:& frater quidem:
Sed ex nouerca:tu quoq; alcide soror
Tantū ex parēte:cuspidem in fratrem tuū
Iaculare pallas:supplices tendo māus
Ad te nouerca:sparge tu saltem precor
Telum:perire fœminæ possum manu.
Iam fracta iam satiata:quid pascis mias:
Quid queris ultra:supplicē alcidē uides:
Et nulla tellus:nulla me uidit fera
Te deprecautē:nunc mihi irata quidem
Opus est nouerca:nūc tuus cessat dolor:
Nūnc odia pōis:parcis ubi uotum ē mori.
O terræ & urbes non facem quisq̄ herculi
Non arma tradet:tela subtrahitis mihi:
Ita nulla sæuas terras concipiat feras
Post me sepultū:nec meas unq̄ manus
Imploret orbis:si qua nascetur fera:
Nascatur alius:undiq; infœlix caput
Mactate saxis:uincite erumnas meas
Ingrate cessas orbis:excidimus tibi:
Adhuc malis ferisq; suppositus fores
Ni me tulisses:uindicem uestrum malis
Excipite populi:tempus hoc uobis datur:
Pensate merita:mors erit præciū omniū.
Al. Quas misera terras mater alcide petā:
Vbi natus ubi nā est:certa si uisus notat.
Recliuis ecce corde anhelanti æstuat:
Gemit peractū est:mēbra cōplecti ultia
O nate liceat:spiritus fugiens meo
Legatur ore:brachia in amplexus cape.
Vbi mēbra sunt:ubi illa quæ mūdū tulit
Stelligera ceruix:quis tibi exiguam tui
Patrem reliquit:
Her. Herculem spectas quidem:
Mater:sed umbrę simile nescio quid mei
Agnosce mater:ora quid flectis retro
Vultumq; merens:herculem dici tuum
Partū erubescis:Al. quis ferā mūd9 nouā
Quæ terra gēuit:quod ue tam dirū nefas
De te triumphat:uictor herculeus quis ē:
Her. Nuptę iacentem cernis alcidē dolis.
Al. Quis tātus ē qui uincat alcidem dol9:
Her. Quicūq; mater fœminę iratæ sat ē.

BER. Bellona:dea belli soror martis. Gradiuū:martē deū belli. Frater:posset dicere frater ē tuus non occiderette respondet uerum est:sed filius iunonis quæ me habet odio. Soror:pallas q̄ ex capite iouis nata es sine matre:Nouerca iuno rogo te ut occidas me. Fracta:debilitata quid nutris minas iam uides herculem suppliciantem.

Odia:ponis:uideris mihi donare iram tuam quando cupio mori. Tradet:interrogatiue adiurat totum mundum ut taceant tela in eum. Nascatur alius.s.hercules qui liberet uos quemadmodum ipse feci. Infœlix caput.i.me infœlicem. Vincite.s.me interficiēdo. Cessas:cur me nō occidis. Excidimus:non habes memoriam beneficiorum meorum. Tulisses:generasses. Malis:eximite me de hoc malo. Pensate:retribuite mihi hanc gratiam. Precium:meritum quod dabitis mihi. Quas:uenit alcmena dicēs ubi inueniam filium herculem:& uidet eum languentem.

Certa:res certas:si uisus meus non decepit me uideo eū afflictum. Notat:uidet. Recliuis:inclinatus. Peractū:iam uenit ad finem uitæ. Legatur:colligat:ut expires animam in ore meo. Ceruix:collum quo tulisti cœlum. Exiguā:quia iā cōsūptū erat corpus eius:& dilaceratū uenēo.

Vmbræ:apparentie non sum hercules amplius:sed herculis umbra. Mei.s.herculis. Flectis:illa uertebat oculos tanq̄ non posset cernereeum. Erubescis:uerecundaris hercule dici partum.i.filiū tuum. Nupte:deyaniræ. Quicunq;:scilicet dolus.

DAN. Et frater:gradiuum concepit iuno ex flore frater herculis sed ex nouerca frater. Ex parente:ex capite iouis in lucem edita quos solent in uentre & ilibus dolores sentire parentes ea hora in capite sensit iupiter ut eleganter in quodam hexastico prosequutus est alcander. Nunc mihi irata qdē:nunc uere īpia & crudelis uidere o iuno quæ mori cupientem lēta morte fatigari permittis.quid enim prius aut horrorendum magis q̄ in ipso supplicio supplicii moras quærere. Spiritus fugiens meo:antiquoꝝ consuetudinis fuit ut moriētis ultimus spiritus a proximiori ore sorberetus ut plane demonstrat ouidius ide fūere drusi cōsolatitia in epistola ad liuiam. Stelligera:aut nitida aut quam pressit cœlum stelligerum. Quis tibi exiguam tui:ut cōsumptus es.ut depastas. Sed umbre simile:non qualem solebas prius cernere sed similem umbræ. Feram nouā:q̄ sic depasta est filiū meū. Victor herculeus.q.d. miꝝ potuisse herculem ab aliquo superari.

BER. Vnde:quo modo. Palla:uestis. Aditũ:accessũ. Cõsũpta:venenũ cõsũpsit ueste & me. Hydrã: totum uenenũ idræ. Sicanias:siculas ubi ẽ æthna ppetuo ardẽs. Lẽos:insula ĩ egeo ubi dicit eẽ officina uulcani:ĩ his locis nõ est tãtus ardor quãtus ĩ corpore meo:nec ĩ rorida zona inferni poli:meridionalis & australis ubi sẽper lõgus est dies:qsi uelit dicere qꝫ ẽ ita magnus calor illic qꝫ dies nõ audeat currer̃ ppter calorẽ. Freta:maria non credo oẽs aqs satis eẽ ad refrigerãdũ me. Frãget:diminuet. Malis:ĩ tãto estu meo oẽs aque deficerent. Q uid auctor: uertit sermonẽ ad plutonẽ quãdo uẽi ad inferos cur me nõ retinuisti:sed nũc accipe me talẽ.s.afflictũ & ostẽde me ĩferis subactis.i.uictis oli a me. Inde:ab ĩferis.ut duxi Cerberũ prius. Cõpesce:alcmena consolatur filiũ. Refer: demõstra te esse fortẽ Herculẽ:ut semper fuisti. Caucasus:mons sythie:Si essem ligatus ĩ Caucaso:ut Prometheus nõ dolorẽ sed crutior & nõ uideo hostẽ. Dapẽ:cibũ:nã uultur corrodit eius iecur. Gemitus:nõ dolerẽ:etiam si essem ĩter cyaneos scopulos oppressus. Redeuntis.s. symplegadis: nã dicũtur illi scopuli cõcurrere. Pĩdus:mons thessalie. At hos:mõs inter macedoniã & thraciã. Excipiẽs:quia altus feriũt altos fulmĩa colles. Mũdus ruat:o mater si totũ cœlum caderet supra me nõ clamabo Degener:nõ conueniens Herculi. Mille fere:ueniãt cõtra me oĩa mõstra quæ superaui intrepidus nunq̃ clamabo. Excutient:nõ facient me gemere. Impelli:superari.s.excutiet gemitus. Nõ uirus:nõ ẽ uenenũ:uult alcmena consolari eũ. Sed durus: ẽ difficilis labor quem habuisti. Serpẽs:pcedens. Fouet:illi labores nũc faciũt hũc dolorẽ. Ophys:uenenũ idræ qđ hausisti. Illa:qsi dicat ubi est illa uxor quæ fuit causa mortis meæ. Intẽdat: sagittis ĩterficiam eam. Manus.s.mea sine telo interficiet eam.

DAN. Vnde:a quo dolo: Tãta ne ĩuẽta ẽ:quæ cũsumat uestes & carnes pariter. Lemnos:ex cycladibꝰ una ut meminit Apollinius in prĩo argõ.ĩ quã præcipitatus ẽ bis uulcanus ut canit homerus ĩ iliade fingitur uulcãus eo se cõferre ab ætna animi gr̃a dicẽte papinio in quĩto thebaidos. lẽnius ignifera fessus respirat ab ætna &c. Plaga inferni:poli meridionalis qui pnus est atqꝫ depressus de quo poeta:at illũ su bpedibus styx atra tenet manesqꝫ profundi. Diem: solẽ sicut cõtra solẽ pro die. Q uin tantũ oceano pperẽt se tingere soles &c. Frãget:extinguet sedabit. Nihil ducã: nec si uelĩ mihi sunt uires inimicos pelleri tectis Tartareis nec qualis erã cũ cerberũ atras lactantem spumas supa ad cõuexa retraxi. Si me catenis: allusio ad pœnã pmethei carmine hesiodi & appollinii celebratã. Non ĩquit:mater adeo graue malum est ullum quod me ĩ lachrymas cogat: non suppliciũ promethei. Caucasus scytha:qui ẽ scythiæ confinibus ad septentrionem quem dixit montium altissimum herodotus. Aetherea stymphalis:uolucres stymphalides de qbus supra recitauimus ex sẽtentia apollonii multa. Nõ uirus:docet hic mortẽ herculis non esse a ueneno sed ex antiquis laboribus recrudescere. Lõgus:diuturnus & latens qui ĩ tempore maturescit & erumpit. Vbi mors expone singula p dialyton:ubi ista.s.uxor. Testis ẽ aliqs: non abest hinc procul qui malum nostrum cognoscat.

Al. At unde in artus pestis aut ossa ĩcidit:
Her. Aditũ uenẽis palla fœmineis dedit:
Al. ubi nã ip̃a palla ẽ:mẽbra nudata ĩtuor.
Her. Consumpta mecum est.
Al. Tanta ne inuenta est lues?
Her. Errare mediis crede uisceribus meis
O mater hydram:& mille cum lerna feras
Q uæ tanta nubes flamma sicanias bibit:
Q uæ lẽnos ardens:quæ plaga ĩferni poli:
Vetans flagranti currere in zona diem:
In ipsa me iactate:proh comites: freta
Mediosqꝫ in amnes:qs sat est hyster mihi:
Non ipse terris maior oceanus meos
Franget uapores:omnis ĩ nostris malis
Deficiet humor:omnis arescet latex.
Q uid rector herebi me remittebas ioui.
Decuit tenere:redde me tenebris tuis
Talem subactis herculem ostẽde ĩferis.
Nil inde ducã:quid times iterũ herculẽ:
Inuade mors nõ trepida:iam possũ mori
Al. Cõpesce lachrymas saltẽ & ærũnas do
Malisqꝫ tantis herculẽ ĩdomitũ refer. (ma
Mortẽqꝫ uince:quod soles:uince inferos:
Her. Si me cathenis horridus uictũ suis
Præberet auidę caucasus uolucri dapem
Scytha gemẽtem:flebilis gemitus mihi
Non extitisset:si uagę symplegades
Vtrinqꝫ premerẽt rupes: redeũtis minas
Ferrem ruinę:pindus incubat mihi
Atqꝫ hemus:& qui thracios fluctus athos
Frangit tonantis fulmen excipiens iouis.
Non si ipse in me mater hic mundꝰ ruat.
Superqꝫ nostros flagret incensus rogos
Phœbeus axis:degener mentẽ herculis
Clamor domaret. mille decurrant ferę
Pariterqꝫ lacerent: hinc feris clangoribus
aetherea me stymphalis. hic thaurꝰ mĩax
Ceruice tota pulset:& quicquid furit.
Solũ quoqꝫ ingens surgat hic illic fremẽs
Artusqꝫ nostros durus imminuat dolor:
Sparsus silebo:non ferę excutient mihi
Non arma gemitus:nil quod ĩpelli põt:
Al. nõ uirus artus nate fœmineũ coquit:
Sed durus serpens ophys:& longus tibi
Fouet cruentis forsitan mẽbris dolor.
Her. ubi mors:ubi illa:testis ẽ aliqs malis
Intendat arcus:nuda sufficiet manus

In orbe ueniat:huc aliquis mihi
Procedat agedum.
Al. Est mihi sensus quoq;
Excussus ille: nimis impulsus dolor.
Remouete queso tela:& infestas precor
Rapite hinc sagitas:igne suffuso genæ
Scelus minantur:qua fuga latebras petã:
Obire forti meminit alcmene manu
Vel scelere pereat antequã letum mihi
Ignauus aliquis mãdet:ac turpis manus
De me triumphet:ecce lassatus malis
Sopore fessas alligat uenas dolor:
Grauiq; anhelo pectusq; impulsu quatit.
Fauete superi:si mihi natum inclytum
Miserę negatis:uindicem saltem præcor
Seruate terris:abeat excussus dolor:
Corpusq; uires reparet herculeum suas.

Hyllus Alcmena Hercules.

Hyl. loquitur.

Roh lux acerba ꝓh capax scelerũ do
p Nur⁹ tonãtis occidit:nat⁹ iacet:(lor
Nepos supsũ:scelere materno hic pit,
Fraude illa capta est:qs p annorum uices
Totoq; in æuo poterit erumnas senex
Referre tantas:unus eripuit dies
Parentem utrumq;:cætera ut sileã mala:
Parcamq; fatis:herculem amitto patrem.
Al. compesce uoces inclytũ alcide genus
Miserçq; nato similis alcmene nepos:
Longus dolorem forsitan uincet sopor
Sed ecce lassam deserit mentem quies
Redditq; morbo corpus & luctus mihi.
her. Quid hoc:rigẽti cernitur trachĩ iugo
Aut mater astra positus euasi genus
Mortale tandem quis mihi cœlum parat.
Te te pater iam uideo:placatam quoq;
Specto nouercã:qs sonus nostras ferit
Cælestis aures:iuno me generum uocat:
Video intentam regiam clari ætheris:
Phœbiq; tritam flammea zonam rota.
Cubile uideo noctis:hic tenebras uocat.
Quid hoc:qs axẽ cludit:& ab ipsis pater
Deducor astris:ora phœbeus modo
Afflabat axis:tam prope alecto fuit
Trachina uideo:quis mihi terras dedit:
Modo nempe infra steterat:ac totus mihi
Supposit⁹ orbis:tã bene excideras dolor.

BER. Veniat:rogat aliquẽ gratum sibi ueniat ad auxiliũ. Excussus:examinata timore nũc sum quando petit arma: ideo uos famuli remoueta ea. Minatur: monstrauit quod facturus est. Alcmene:ipsa mater herculis quo fugiã:melius est manu forti mori q̃ me abscondere:ut postea interficiat ab aliquo ignobili. Vel:ẽt pareat scelere quod.s.filius iterficiat eam:loquitur de se ĩ tertia ꝑsona. Ecce lassatus:interĩ dũ loquitur Hercules cadit exanimatus:& illa credit illum dormire. Alligat:claudit. Impulsu: agitatione. Fauete superi:si non uultis propter me seruare filiũ: saltẽ ꝓpter totũ mũdum quẽ defẽdit. Abeat:recedat. Reparet:ut possit refici isto somno.

p Roh lux:Superuenit hylus uolẽs nũciare matrem mortuã & uidet patrẽ iacentem ĩ terra. unde dicit una dies abstulit mihi utrunq; parentẽ. Nurus:deyanira. Natus.s.tonantis hercules filius. Nepos.s.ipse. Quis:& quis erit unquã ĩ illa ætate & tã senex:qui potuerit uidere tanta scelera quãta ipse uidi. Parcã.ut prætereã cetera mala quæ a fatis habui. Herculẽ:qui decus mundi. Nato:herculi filio meo. Sopor:somnus ĩ quo ẽ hercules. Lassam:defatigatã:dũ dies relinqt eũ illi oritĩ dolor:& mihi luctus. Quid hoc:excitato hercule oborta ẽ illi imago qa sibi uidebatur esse apud trachinã ciuitatẽ:& mõ uidebat cœlũ & iouẽ illũ aduocãtem:& circũspiciẽs uidet filiũ cum quo queritur de matre deyanira:& illã puer excusat. Rigenti:quia ẽ in aspero monte. Tãdem:receptus ĩ numero deorum. Sonus:armõia celestis. Generũ:nã ut uidimus heben filiam illa cõiunxit. Intentã:paratã ad me suscipiendũ. Zonã:uiã celestẽ p quã currus solis uadit. Noctis: q̃ si sit nox una dea. Hic:ex illa pte q̃do recedit sol. Quid: dũ sic ẽ:uidetur redditus terris:& ĩquit. O pater:iuppiter. Modo:nuper cũ essẽ in cœlo. Alecto:acubile meo ubi erã. Hebe:ut ipsius sẽtirẽ calorẽ. Trachina: casus accusatiui. Infra:pauloante de cœlo uidebã illã quã nũc uideo ĩ terris. Excideras:quia in hac uixione non sentiebam dolorem. DAN. Est mihi sensus:adeo grandis me incessit dolor ut sensus omnis uidear perdidisse.

p Roh:Inducitur hercules mortem acceptãs uti gloriosam atq; ꝑcelebrẽ quã prĩo loco miserãdis exẽplis deflet filius una cũ obitu matris deianiræ me sequitur excusatio & defẽsio deianire p omnes a morte herculis nota ẽ qualitas metrica cũ ut sæpius repetita tũ spontane omnibus uel mediocriter doctis. Proh:dolentis interiectio p apocopen ut tradit diomedes & apuleius. Materno matris meæ. Fraude: cẽtauri. Herculẽ:ĩ quo uno omnium meaꝝ cladũ summa sita ẽ. Nato:herculi gnato meo & tibi quõdam patri. Quid hoc:exodus ẽ apotheoseos herculeæ cum anacephaleosi eoꝝ quæ superius commemorauimus. Intentam regiam:metonymia. Zonam tritã:torridã zonã loquitur hercules ut assolet qui e profundo & tetrico torpore solutus tandem sibi restituitur & attonitus totus adhuc titubat p qđ artificiosus poeta nouo modo nimietatẽ doloris in hercule expressit qui adeo acutus adeo fuit acer & uehemens qui illũ seminecẽ reliquerit atq; in exstasim dissoluerit. Tam bene excideras:quem consoporatis sensibus pati amplius non uidebar.

BER. Cogis:tu dolor. Occupa:da mihi mortem dolor in hac uoce. Stipite ingesto:infixa claua. Amazonum: hyppolitam reginam amazonum:ita possem perdere sceleratam deyaniram. O clara:non talis fuit. Mægera:prima uxor quã in furore interfecit tu non merebaris tunc esse uxor:quia non eras digna tali morte. Inquinetur.s.interficiendo mulierem. Summus:extremus:quod interfecerim fœminam in ultimo labore meo. Compesce: filius consolatur patrem dicens uindictam esse iam factã. Lichas:mori meruit per manus meas ut lychas. Accipiant fere:quare non dignum est sepultura. Leso:scilicet te: doluit plus de dolore tuo q̃ tu.unde dextra sua occidit se. Non fraude quia ipsa decepta fuit a nesso. Ictus: uulneratus nessus.

Palla:uestis quam misit ad te. Exigit:in uindictam sui.

Fata:nostra cognosco finem meũ:nam ab oraculo olim habui me periturum esse per unum qui a me esset interfectus. Summa lux:extrema dies. Quercus:i dodonea silua quercus erant ex quibus duæ columbæ dabant responsa:hæc fuit iuxta dodonã epiri oppidum. Fatidica: ex qua columbæ prædicebant fata. Cirrhea templa:apollinis est templũ eius in cirrha oraculis famosum. Dextra: hæc fuerunt uerba oraculi tu alcide. Olim in futurum. Emenso: cum transiueris. Hunc finem:hic finis erat quem decebat habere herculem ut interficeretur ab uno qui post eum nõ posset superesse. Nobilem:famosum. Ante mortem:anteqũ moriar. Peantium:imperat philotete filio peantis ut faciat piram:ut illi extremũ officium præstet. Ad te:uertit se ad filium:& rogat ut iolem accipiat in uxorem. Virgo:iole. Facibus:matrimonio. Flammis:amore. Cruẽtus:quia illius patrẽ & fratres occidi:& nihil illi reliqui præter me.

DAN. Cogis fateri:occupatio ad intensionem sceleris.

Animam:impiam uitam matris tuæ. Laudibus:meis.

Maculam:occisa fœmina & eadem coniuge. Fœmina: cædes fœminæ prædicetur ultimus meus labor. Lycas: minister muneris. Seuire:extrema impietas est crassari in mortuum. Plus misera:paratus est hylus in defensionem maternæ culpæ per errorem. Plura q̃ poscis tulit:cum tui obitus mestitia:tum morte sua dextera illata. Quercus fatidica:græcum commentum ac mẽdacium quo proditur in dodona Epiri consuesse iouem dare hominibus oracula per columbas æreas:ut testis est Homerus & Orpheus in locis plurimis:nũc hercules est quercu suæ uitæ exitũ olim portensum fuisse commemorat manu uiri perempti: is est nessus. Cædatur:in funus meum ex oraculo apollinis qđ acceperunt Lycmnius & iolaus delphis. Tu genus pæãtium:philoctetes ex peante hæres factus est ab hercule sagiptarum & arcus.is iussu herculis ignem rogo supposuit. præcioq; nephandæ Lampadis herculeis fortis meliboea pharetris. Captas inter:antistrophe cum appositione subiuncta. Victor cruente:defensio puellæ a spontanea culpa. Preter alcidem:præter commertium meum nullum aliud dotis munus.

Cogis fateri:parce & hanc uocẽ occupa.
Hæc hylle dõa matris:hoc munus parat.
Vtinam liceret stipite in gesto impiam
Effringere animã:qre amazonium malũ
Circa niualis caucasi domui latus.
O clara mægera:tu ne cũm furerem mihi
Coniunx fuisti:stipitem atq; arcus date:
Dextra inqnetur:laudib9 maculã ĩprimã.
Sũmus legatur fœmina herculeus labor.
Hy.compesce diras genitor irarũ minas:
Habet:pactũ est:quas petis pœnas dedit
Sua perempta dextera mater iacet.
Her.cæci dolores:mãibus irati herculis
Occidere meruit:perdidit comitẽ lycas.
Sæuire in ipsum corpus exanime ĩpetus
Atq; ira cogit:cur minis nostris caret
Ipsum cadauer:pabulum accipiãt feræ
hy.plus misa leso doluit: hic aliqd quoq;
Detrahere uelles:occidit dextra sua
Tuo dolore:plura quam poscis tulit.
Sed non cruentę sceleribus nuptæ iaces.
Nec fraude mr̃is:nessus hos struxit dolos
Ictus sagittis qui tuis uitam expulit.
Cruore tincta est pala semiferi pater.
Nessusq; nunc has exigit pœnas sibi.
Her.Fata nr̃a se explicãt:lux ista sũma est
Habet.peractũ ẽ:quercus hãc sortẽ mihi
Fatidica quondam dederat:& parnasio
Cirrhea quatiens templa mugitu nemus.
Dextra perempti uictor alcide uiri
Olim iacebis:hic tibi emenso freta:
Terrasq;:& umbras:finis extrem9 datur:
Nil querimur ultra:decuit hũc finẽ dari.
Ne quis superstes herculis uictor foret.
Nũc mors legat:clara: mẽorãda: iclyta:
Me digna prorsus:nobilẽ hunc faciã diẽ.
Cedatur omnis sylua:& œteum nemus
Suscipiat ignem:herculem accipiat rog9
Sed ante mortem:tu genus peantium
Hoc triste nobis iuuenis officium apara.
Herculea totum flãma sucẽdat diem.
Ad te præces nunc hylle supremas fero.
Regnumq; ferens:uerito uirgo edita:
Est clara:captas inter incultum genus
Iole:tuis hanc facibus:& flãmmis para:
Victor cruentus abstuli patrio a lare:
Nihilq; miserę præter alcidem dedi.

Et iste rapitur: penset erumnas suas:
Iouis nepotem foueat: & natū herculis.
Tibi illa pariat qcquid ex nobis habet.
Tuq; ipsa planct9 pone funebres precor
O clara genitrix: uiuet alcides tuus.
Virtute nostra pellicem feci tuam
Credi nouercam: siue nascenre hercule
Non illa certa est: siue mortalis meus
Pater est: licet sit falsa progenies mihi
Materna culpa cesset: & crimen iouis.
Merui parentem: contuli cœlo decus
Natura me concepit in laudes iouis.
Quin ipse quāq; iuppiter credi meus
Pater ipse gaudet: pce iā lachrymis meis.
Superba matres inter argolicas eris.
Quid tale iuno peperit: æthereū gerens
Sceptrū & tonanti nupta: mortali tamen
Cœlum tenens iuidit: alcidem suum
Dici esse uoluit: perage nunc titan uices:
Solus relictus ille qui uester comes.
Tibiq; fueram: tartara & manes peto.
Hāc tamē ad imos pferā laudē inclytam.
Quod nulla pestis uicit alcidem palam.
Oēsq; pestes uicit alcides palā. Chor9.

Decus mundi radiate titan:
Cui9 ad primos hecate uapores
Lassa: nocturnæ leuat ora bigæ.
Dic sub aurora positis sabeis:
Dic sub occasu positis iberis:
Quiq; feruentem patiuntur axem.
Quiq; sub plaustro patiuntur ursæ:
Dic ad terrenos properare manes
Herculem: & regnum canis inquieti.
Vnde non unq̄ remeauit ullus.
Sume quos nubes radios sequantur:
Pallidus mœstas speculare terras:
Et caput turpes nebulæ pererrent.
quando proh titan ubi quo ue summe
Herculem in terris alium sequeris:
quas manus orbis miser inuocabis:
Si qua sub terra numerosa pestis
Sparget intentam rabiem draconis:
Archadum si quis populi uetusti
Fecerit syluas aper inquietas:
Thratiæ si quis rhodopes alumnus
Durior terris helices niuosæ
Sparget humano stabulum cruore:

BER. Et iste: hercules de se in tertia psona loquit̄. Pē set: cōpenset: si habuit mala habeat nūc bona. Nepotē: scilicet te. Habet: si feci eam grauidā: uolo ut illius ptus sit filius tuus. Tuq;: uertit sermonē ad matrem ut deponat lachrymas. Nouercā. s. iunonem. mōstrādo me esse filiū iouis. Licet: quamuis dicat̄ φ sim filius amphitrionis: aut iouis non est crimen matris uirtus mea feci credit me esse filiū iouis. Quid tale. q. d. nihil. Tenens. s. iuno. Mortali: tibi φ habeas talem filiū. Perage: perfice. Vices: cursus tuos. Solus: ipse iam destitutus morior q fueram comes tuus & ad orientem & occidentem.

Decus: Versus est saphicus endecasillabus. Chorus uidens herculem mandasse sibi parari rogū: plorat & inuocat solē ut nūciet mortem herculis per totū mundū: & tristiciam demōstret faciēdo tenebras demū uertit se ad totū mundū φ si nascerent̄ monstra nō esset hercules qui tolleret illa. Radiate: qui habes radios ad cuius aspectū luna deponit colorem suū. Vapores: calores matutinos. Hecate: luna. Ora: quia tauri dicuntur trahen̄ currū lunæ. Leuat: remouet ora. i. frēa tauris suis. Sabeis: orientalibus populis. Iberis: hispanis. Feruentē: meridionalē: ubi est torida zona. Plaustro: in septentrione ubi est ursa. Manes: dic herculē ire ad inferos non reuersurꝝ. Inquieti: cerberi semper uigilantis. Sume: accipe: inuitat eū ad dolorem. Quos nubes: facias nubiferꝝ splendorem: & sis palidus. Quando: & quādo erit illud tempus qd̄ inuenias aliū herculem. Quo: ad quem locū. q. d. nusquam. Quas manus: uertit sermonem ad mundū. Miser: quia pdidisti defensorem tuum.

Numerosa: habens plura capita ut idra. Aper: si nascetur alius aper in arcadia quas manus implorabis. Rhodopes alūnus: alius diomedes. Elices: ursæ septentrionalis ubi sunt populi crudeles. Stabulum: quia ibi pascebat equos suos carne humana.

DAN. Penset: reponat dolorē mea morte. Foueat: excolat. iuuet. Tuq; ipsa: parce lachrymis mater nō. n. morior q ad superos scādo ubi fœlicis uitæ donatiuū accepturus sim. Pellicē: qsi legitimis nuptiis eā cognouerit iupiter. Siue nascēte herculē &c̄. aut iuno fuit pellex cum natus sim ioue pr̄e & te mr̄e. aut pater mortalis fuit. quocirca uult hercules matrē carere nō solū culpa uerꝝ etiā suspitiōe culpæ penitus liberā esse. Merui: ergo dignus sū qui laude meæ uirtutis dicar ioue genitus.

Decus: dignū herculis funus qd̄ funesta ac repētina solis calligine uniuerso mūdo publicet̄: id qd̄ nō imerito pro hoc Sapphicū carmē tristis & funestus chorus. lachrymis. pcibus. plāctibus ab ipso sole ipetrare contendit. Radiate: radioso stēmate insignite.

Bigæ nocturnæ: periphrasis cadentis lunæ ad ortū solis. bigas luna trahunt muli ob sterilitatem. auctor pompeius. Sabæis: in arabia sunt unguentorꝝ & thuris pcio per celebres. plinius in. vii. Solinus & Strabo auctores.

Patiunt̄: torquent̄ gelu & assiduis niuibus. Non unq̄: nūq̄. ut ora dei iussu non unq̄ credita teneris. Populi uetusti: qualem uocat Apollonius προσεληνην και προτογονειον. & theocritus. nostri quoq; poetæ ex imitatione confirmant.

BER. Iacet par:terra uidet herculē mors sicut alii moriuntur:unde est par omnibus:licet dum uiueret non esset equalis aliis:sed similis tonanti ioui. Planctus: exhortatē mundum ad lugendum. Cohibente nodo:ligante nullo uinculo. Exertos:nudatos. Sola:claudantur omnia tēpla preter unum iunonis. Obductis:clausis. Nouerce: iunonis. Vadis:uertit sermonem herculem. Triumphum cerberum. Vmbra:tu non eris ille hercules cum corpore sicut prius:credebant umbras seruare illam imaginem quam habebant in corpore: sicut de deiphœbo q apparuit æneæ truncatis naribus. Solum:ut fecit prius sed multas alias animas:quia nunc non eris grauis. Puppis:cimba charontis quæ animæ uehuntur ad inferos.

Non tamen:non eris inter uiles animas:sed cum iudicibus inferni cum quibus iudicabis. Geminos cretas: rhadamantum & minoem crethenses. Discernens:examinans. Dites:potentes nolite crudeles esse. Purum ferrum:iustitia sine iniuria. Minimum:minimam fuisse licentiam:ꝙ crudelia facta non habeant locum in tuis terris. Sed locum:pulchra sententia:ostendit nunc quē honorem habiturus sit hercules apud superos. Arctoæ: septentrionalis. Promit:accipit:intelligit orientem. Occasu.occidentem intelligit ubi est mare mediteraneum ī hispania. Nitebis:splendebis tanq̄ sidus. Commisso:īter calpem & abilam scopulos quos fregit Hercu. ut ingressus maris mediteranei esset in oceanum. Resonare: quia ibi est strepitus propter scopulos. Deprimes:grauabis præsentia tua. Tutus.q d. pauca sūnt loca ubi nō sit aliquod monstrum qđ adhuc herculem timebit. Leonē: cācro de his superatis ab hercule diximus. Leges: cursus suos. Trepidat:titan sol timeret si uideret confusionem zodiaci. Vere dum:ponit laudem quam habiturus est semper hercules:dum in uere erunt flores & hieme cadēt folia semper cantabunē præconia herculis. Ante:arguit ab impossibili:ꝙ prius lex naturæ dissoluet quam memoria herculis perdatur. Dulci:nam est amara. Discedet: errabit cum sit perpetuo firmum. Ponto:mari.nam dicuntur sidera occidere in oceano.

DAN. Populo timenti:mortuo iam pacatore. Tellus genuit:idest qui alter ueluti terrestris iuppiter cum cælesti de parilitate contendebat. Fieri tyranni:ecbasin facit admonens exemplo herculis principes & reges supersedeant spoliare & rapere:sed iusticiam colere & populos ī tranquilla pace custodire libeat. Quis erit recepto:& cū collocet te supremus iuppiter ubi leo te nō uideat ne pristinæ cladis recordatione conterritus insaniat & legem astrorum consūdat. Vere dum:quādiu tempora uicissim sibi concedent stabit æternitas nominis tui. Vetito:in quem non cadit. Quiescant:dicere. Te pater rerum: oramus ne feras terrestre malum aliquod nasci:qđ si futurum sit restitue nobis herculem extra quem erit nullus q audeat congredi.

Quis dabit pacem populo timēti:
Si quid irati superi per urbes
Iusserint nasci.iacet omnibus par
Quē parem tellus genuit tonanti:
Planctꝰ immēsas resonet p urbes:
Et comas nullo cohibente nodo.
Fœmina exertos feriat lacertos.
Solaq; obductis foribus deorum
Templa securæ pateant nouercæ.
Vadis ad lethen stygiūq; littus:
Vnde te nullæ referent carinæ.
Vadis ad manes miserandꝰ:unde
Morte deuicta tuleras triumphū.
Vmbra nudatis uenies lacertis:
Languido uultu trepidoq; collo.
Teq; non solum feret illa puppis.
Non tamen uiles eris inter umbras
Aeacosq; inter geminosq; cretas:
Fata discernens:fieri tyranni
Parcite o dites:inhibete dextras
Laudis est purum tenuisse ferrum:
Dūq; regnabas minimum cruētis
In tuas urbes licuisse fatis:
Sed locum uirtus habet inter astra:
Sedis arctoæ spatium tenebis:
An grauis titan ubi promit æstus:
An sub occasu tepido nitebis:
Vnde commisso resonare ponto
Audies calpen:locaq; sereni.
Deprimes cœli:quis erit recepto
Tutus alcide locus inter astra:
Horrido tamen procul a leone
Det pater sedes calidoq; cancro.
Ne tuo uultu tremefacta leges
Astra conturbent:trepidetq; titan.
Vere dum flores ueniunt tepenti:
Et comam syluis hyemes recidūt:
Vel comam syluis reuocabit æstas
Pomaq; autumno fugiente cadūt.
Nulla te terris rapiet uetustas
Tu comes phœbo cōes ibis astris:
Ante nascetur seges in profundo:
Vel fretum dulci resonabit unda:
Ante discedet glatialis ursæ
Sidus:& ponto uetito fruetur.
Quam tuas laudes populi quiescant:
Te pater rerum miseri precamur

Nulla nascatur fera:nulla pestis:
Non duces sæuos miseranda tellus
Habeat nec ulla dominetur aula.
Qui potest solum decus esse regni
Semper impensum tenuisse ferum.
Si quid in terris iterum timetur
Vindicem terrę petimus relictæ
Ecquid hoc:mundus sonat ecce
Mæret alcidem pater:an deorum
Clamor:an uox est timide nouercæ
Hercule an uiso fugit astra iuno:
Lassus an pondus titubauit athlas:
An magis diri tremuere manes:
Herculem & uisum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus cathenis:
Fallimur.læto uenit ecce uultu
Quem tulit peas:humilisq̃ tela
Gestat:& notas populis faretras
Herculis heres.
Nutrix Philotetes.Nu.loquitur.

Ffare casus iuuenis herculeos p̃cor:
e Vultuq̃ quonā tulerit alcides ne-
Phi.Quo nemo uitam. (cē:
Nu.Lætus adeo ne ultimos
Inuasit ignes
Phi.Esse iam flammas nihil
Ostendit ille:qui sub occasu hercules
Virtute uinci indomita docuit omnia.
Nu.Inter uapores quis fuit forti locus:
Phi.qd' unū in orbe uenerat nodū malū:
Et flāma uicta ē:hoc quoq̃ accessit feris:
Inter labores ignis herculeos abit.
Nu.Edisseř agedū flāma q° uicta ē modo.
Phi.Vt oīs œten mœsta corripuit manus
Hinc fagus umbras perdit:& toto iacet
Succisa trunco:flexit hinc pinum ferox
Astris minātem:& nube de media uocat.
Ruitura cautes mouit & syluam trahit
Secū minorē chaonis quondam loquax
Stat uasta late quercus:& phœbū uetat.
Vtraq̃ totos porrigit ramos nemus.
Gemit illa multo uulnere ipresso minax:
Frāgitq̃ cuneos resilit excussus calybs:
Vulnusq̃ ferrū patiř & truncum fugit.
Cōmota tandē est:tūc cadens lēta mora
Duxit ruinam:protinus radios locus
Admisit:omnes sedibus pulsæ suis

BER. Impensum:sibi tributū. Nudatū:tenere contra ciues suos:si est aliquis qui debeat timeri petimus uindicem herculem. En quid hoc:dat locū sequenti scene audiebat strepitū & uidet philotetem uenientem cū letitia renunciantem herculem receptū esse in cœlū. Pater meret:interrogatiue. Timide:iunonis timentis: q̄ uideat herculem ascendentem in cœlū. Titubauit:fecit tremere cœlū propter pōdus herculis. An magis:an inferi & cerberus uiso hercule timuerunt. Fallimur:non est aliqd horū quæ diximus:sed est philotetes qui uenit cū letitia. Peas tulit:genuit philotetes filius peantis:nullū nomen apud græcos finit in.n.s. Notas:quas cognoscebāt oēs populi. Heres:nam illi hercules reliquit sagittas suas.

Ffare:Hic est quintus actus in quo cōmendatio
e mortis herculis habeř nutrix petit philotetem ut
narret seriē rei:quo modo hercules mortuus sit.

Vitam:magis lætus tulit mortem q̄ aliquis ferat uitam. Ignes.i.rogos. Nihil:nullius mali. Sub occasu: circa mortem docuit omnia uinci uirtute. Inter uapores: quā uirtutem potuit exercere contra ignes. Vnum malum: scilicet flāma. In orbē:cū q̄ pugnauerat hercules. Hoc quoq̃.s.malū flamma. Accessit:adiūctus est. Abiit: accessit. Edissere:narra nihil quomodo pertulit flammā. Vt omnis:narrat philotetes. Manus:famuli iussi succidere arbores ad rogum. Perdit:quia non faciet amplius umbram. Ferox.s.multitudo. Flexit:strauit. Minantem:altam. Nube:de altitudine sua:quæ uidebař tangere nubes. Vocat:ad se ut cadat. Mouit:illa erat tāti pōderis:ut ruitura faceret tremere cautes.i.montem œtā. Siluam minorem:minores arbores. Chaonis: chaonia regio est epiri alpestris:erat ī hac silua quercus ita magna ut erant ille ex quibus dabanř respōsa in chaonia sylua p columbas: ideo dicit loquax. Vetat: ramis suis faciendo umbram. Porrigit:erant ita magni rami ut extenderenř ultra alias arbores. Minax:dū nutaret. Multo uulnere: multis ictibus. Cuneos:lignū seu ferrum qd' figiř in fissura. Calibs:ipsum ferrum. Patitur:frangebař securis. Fugit:non potest intrare. Tandem:post multos ictus. Admisit:recepit lucem solis.

DAN. Ecquid hoc;apparatus scenæ proximæ. Pōdus:ob pondus additi numinis.

Ffare:herculeæ uirtutis meritorū epilogo fune-
e bris pōpa illustrař.sed prius mōstrosa ipsius her
culis mors per philoctetem iubente nutrice com

memorař. Actus quintus trimetro archilochio & monometro catalectico. Quo uultu:qua constantia & fortitudine. Quo nemo uitam:ecclipsis uel a superiori repetitio. Vnum malū:labes ueneni quæ herculem consumpsit & flammam ipsam rogalem. Feris: quas domuit. Vt omnis:hinc commemorat philoctetes quicquid secutum est in obitum herculis. Chaonis:chaon troianus fuit qui mortuus epiro nomē dedit memorāte Virgilio. Dodona silua in chaonia ubi oracula dabant columbæ iouis. Phœbum:radios & lucem solis. Frāgitq̃ cuneos:quasi hac monstra indignam Herculis mortem arguerent. Tandem:geminatis ictibus.

BER. Pererrant:fugiũt ad alios ramos. Laſſis: fatigatis:anteq̃ inuenirent ſedem:nam omnes arbores ſuccide rant. Sonuit:dũ incideret. Sacre:conſecrate Ioui. Pro fuit:quia ſuccidebant. Aggerit:in unũ gerit ad faciẽdũ piram. Anguſtũ:reſpectu magnitudinis herculis: aliter lege auguſtũ quaſi conſecratum. In aſtra:in altũ. Tenax:forte. Herculeæ:gratiſſime herculi:nam illa coronatus iuit ad inferos. At ille:hercules quando uidit accenſum rogum ueniebat cũ tanto impetu ſicut leo in nemore naſamonio:naſamon enim populus iuxta mare libicũ.

Recliui:flexo ad terram. Nõ ignes:erat ita letus ut uideretur petere cœlũ non ignes. Vt preſſit:poſtquam uenit in rogũ:petiuit ſagittas & arcũ:& donauit philotete.

Eminus:a longe. Irritas:fruſtra. Media nube:etiã ſi eſſent in altũ. Certa:dicunt tela certa q̃ uulnerãt pro intentione mittentis. Fugam:curſum per rectũ tenorem.

Neruo:corda arcus. Accommoda:ſuccende hanc pirã.

Hic modus:claua nodoſa ita põderoſa eſt qđ nemo poſſet eam tractare. Capiet:quã nulla manus poſſet capere. Flagret:cremet mecum. Sequar:comburat cũ ipſa claua:nam conſequet melius q̃ iactatur. Hũc.ſ.nodũ haberes:ſi poſſes illũ ferre. Adiuuet:ſicut alia ligna ad me cõburẽdũ. Nemei mali:petit pellẽ leonis. Latuit: erat adeo magna illa pellis ut tegeret rogũ. Remiſit:dolor ñ pepercit lachrymis:omnes flebant. Diduxit:ſcidit. Tenus:uſq; ad uẽtrem. Exerta:nudata. Pulſans:accuſãs.

Deforme:hercules audiẽs matrẽ clamantẽ dixit noli flere mater ne mortẽ meã turbẽ facias. Iecur: ubi eſt ſedes amoris & idignationis. Firmũ:preme dolorem intus.

DAN. Domus:nidi.domũ nidũ dicit.qđ ex nidis uolucrum primũ fuit domus excogitata & cœpta fabricari:eurialus & hyperbius fratres athenis: domos conſtituerunt antea ſpecus erãt pro domibus.qdam hoc uiuentũ ueſtæ aſcribunt. Naſamon:in libia populus prædator. Silius libro tertio. Accipe hæc inquit:quemadmodũ ſuperius pſtrinxi:ſagyptas & arcũ philoteti hercules tradidit: nec poterat quiſpiã extra philoctetẽ hæc tæla torquere ſagyptas cogẽte Vlyxe inuentas in expeditione troiani belli cũ tractaret unius ſagyptæ caſu ille pes uulnerãs eſt quo herculis tumulũ indicauerat: Vulneris fœtore apud lemnum relictus eſt. Propertius canit fuiſſe ſanatum a machaone. Tarda philoctetæ ſanauit crura Machaon. & reuerſus Troia condidit petiliam in Calabria. De media nube:aere. Certam:nunq̃ fallẽtem. Hic nodus:claua herculis fuit ex ligno oliuæ trinodis admodũ in caput creſcens de qua meminit apollonius in quarto. Σιβαϝον δέχεν ὄζον ἐλαΐκσ τόξατε. τοῖσι πέλωρτὸ λα πέφθεισεν ἰοβολήσασ &c̈. Fœminea:acri & uehementi uoce. Iuno cur lætum diem: quæ ſolis conſtantia & patientia noſtra inuidia carpitur:macreſcit namq; inuidia aliena ſemper felicitate.

Volucres pererrãt nemore ſucciſo dom9
Q uæruntq; laſſis garrulæ pennis nemus
Iamq; omnis arbor ſonuit:& ſacre quoq;
Senſere quercus horridam ferro manum.
Nulliq; priſcum profuit ligno nemus.
Aggerit omnis ſylua:& alternæ trabes:
In aſtra tollunt herculi anguſtum rogũ:
Rapitq; alta flãmas pin9 & robur tenax
Et breuior ilex:ſylua contexit pyram.
Populea ſylua frondis herculeæ nemus.
At ille ut ingens nemore ſub naſamonio
Eger recliui pectore admugit leo
Fert:quis illum credat ad flammas rapi
Vultus petentis aſtra non ignes erant.
Vt præſſit œtan.ac ſuis oculis rogum
Luſtrauit:omnes fregit impoſitus trabes.
Arcumq; poſcit:accipe hæc inquit ſate
Peante dona:& munus alcide cape.
Has hydra ſenſit:his iacet ſtimphalides:
Et quicquid aliud eminus uici malum
Victure fœlix:has enim unquam irritas
Mittes in hoſtes ſiue de media uoles
Aufferre uolucres nube:deſcendent aues
Et certa prædam tela de cœlo ferent
Nec fallet unquam:dexterã hic arcus tuã
Librare telum didicit:& certam dare
Fugam ſagittis:ipſa non fallunt iter
Emiſſa neruo tela:tu tamen præcor
Accõmoda ignes & facẽ extremam mihi
Hic nod9 inclitus nulla quẽ capict man9
Mecũ per ignes flagret:hoc telũ ſequar:
Nam cur iactat:hunc quoq; acciperes ait
Si ferre poſſes:adiuuet domini rogum.
Tum rigida ſecum ſpolia nemei mali
Arſura poſcit:latuit in ſpolio rogus
Ingemuit oĩs turba nec lachrimas dolor.
Cuiq̃ remiſit:mater in luctum furens.
Diduxit auidum pectus atq; utero tenus:
Exerta uaſtos ubera in planctus ferit.
Superoſq; & ipſum uocibus pulſans ioue.
Impleuit omnem uoce fœminea locum
Deforme letum mater herculeum facis.
Compeſce lachrimas inqt itrorſus dolor
Fœmineus abeat:iuno cur letum diem
Te flente ducat:pellicis gaudet ſuæ
Spectare lachrimas cõtine firmũ iecur
Mater nefas eſt ubera atq; uterum tibi

Laníare quí me genuít:& dirum fremens
Q ualís per urbes duxít argolícas canem:
Cum uictor erebí díte contempto redít:
Tremente fato:talís íncubuít rogo.
Q uís síc triũphans lætus ín curru ſtetít
Victor:quís íllo gentíbus uultu dedít.
Leges tyrannus:quanta pax obítus tulít.
Heſere lachryme: cecidít expulſus dolor
Nobís quoqꝫ ípís:nemo moríturo ígemít
Iam flere pudor eſt:ípſa q̃ ſexus íubet
Merere ſiccís heſít alcmene genís.
Stetítqꝫ nato pœne íam ſímílís parens.
Nu. Nullas ne í aſtra míſít aut ſupos p̃ces
Arſurus:aut ín uota reſpexít íouem
Phí. Iacuít ſuí ſecurus & cœlum íntuens.
Q uæſiuít oculís arce an ex alíqua pater
Deſpíceret íllum:tum manus tendens aít
Q uacunqꝫ parte proſpícís natum pater.
Iſte eſt pater quem nocte commíſſa díes
Q uæſiuít unus:ſí meas laudes canít
Vtrumqꝫ phœbí líttus & ſcythíæ genus
Et omnís ardens ora:quam torret díes.
Sí pace tellus plena ſí mílle gemunt
Vrbes:nec aras ímpías quíſq̃ ínquínat.
Sí ſcelera deſũt:ſpírítũ admíttí hũc p̃cor
In aſtra nec me mortís ínferne locus
Nec mœſta nígrí regna conterent íouís.
Sed íre ad íllos:umbra quos uící deos
Pater erubeſco:nube díſcuſſa díem
Pande:ut deoꝝ uultus ardentẽ herculem
Spectent:lícet tu ſídera & mundũ neges
Vltro pater cogere:ſí uoces dolor
Abſtulerít ullas:pande tamẽ ſtygíos lac⁹
Et redde fatís:appoba natum príus
Vt dígnus aſtrís uídear híc facíet díes.
Leue eſt quod actũ ẽ:herculẽ gẽítor príus
Inuenít:an damnauít hoc poſtq̃ addídít
nouerca cernat quo feram flãmas modo.
Flãmas popoſcít:hoc age alcíde comes
non ſegnís ínquít corrípe œtheam facem
quíd dextera trẽuít:uñ man⁹ pauída ípíũ
Scelus refugít:redde íam faretras míhí.
Ignaue íners ínermís:eſt noſtros manus:
Q uæ tendat arcus:quís ſedet pallor gẽís
Anímo faces ínuade quo alcídem uídes
Vultu íacere:reſpíce arſurum míſer
Rogat ecce me íam gẽítor & pãdít polos.

BER. Dirum:cum magna uoce furẽs depoſuit caput ut moreretur tali impetu ut fuit quando duxit cerberũ. Dite contempto:plutone neglecto. Fato:morte tremente.
Q uis:ipſe tanta lætitia iuit ad mortem:quãta nullus un q̃ triumphauit. Illo:tam læto uultu. Heſere: firmatæ ſũt qui uidendo illum ita lætum. Sexus.ſ.fœmineus natura facilis ad lachrymas. Siccis:ſine lachrimis. Pene ſimilis: ita fortis. Securus:ipſe per ſe fortis nullum rogauit. Deſpiceret:deorſum aſpiceret. Vnus dies:ſum ille filius qui genitus ſum geminata nocte. Cõmiſſa:coniũcta. Q ueſiuit:acquiſiuit. Vtrunqꝫ littus:orientis & occidentis:ii totus mundus cantat laudes meas ꝙ peperi pacem omnibuſ populis.tu debes recipere me in cælum. Ardens ora: regio orientalis. Gemunt:mortem meam. Inquinat: maculat cruore humano.nam omnes ſceleratos de mundo ſuſtuli.Deſunt:per me remota ſunt.Admitti:recipi. Nigri iouis plutonis ne ad inferos deſcendam. Ad illos.ſ.infernales. Vmbra:anima ſeparata a corpore. Nube:quare ſol obduxerat radios nubibus ad teſtandũ dolorẽ de morte herculis. Neges ſidera:ſi tu non uis mihi dare cœlũ facias ſaltem ut dii ſpectent me ardentem. Voces: reuocat ſententiam:ſi dixi quicquam indignũ parce dolori meo q̃ me ita coegit loqui. Fatis:loco mortis. Approba:uirtutẽ meam.prius tamẽ iudicat dignam cœlo. Leue : paruum eſt quod feci reſpectu illius quod faciã hodie. Prius: quaſi dicat damnas me priuſq̃ cognoſcas me filium tuum. Addidit:poſtea dixit ſaltem aperi cœlum ut iuno uideat quã fortiter ferram flammas. Popoſcit:his dictis petiuit ignẽ ſupponi rogo. Comes:o philotetes. Oeteam:in monte œta. Tremuit: ego timebam ſupponere ignem & ipſe dixit cur tremis tu putas hoc eſſe ſcelus impium. Redde:q̃a non mereris tela fortis uiri. Animo:ſuppone ignem eo animo quo me uides expectare. Arſurum:cape exemplũ a me qui non timeo cum arſurus ſim. Rogat:tu tardas:& iuppiter iam me uocat in cœlum.
DAN. Dirũ:tremendum & horribiliter fremẽs. Q uis ſic triumphans:ſuprema & maxima laus herculis qui mortem non expauerit ſed tanq̃ triumphãs illã adierit. Q uanta:hipallage. Heſerunt:non emanarunt : ne ipſi quidem alcmenæ quam ſexus infirmitas & amor maternus debuerant cõmouere. Iſte eſt:filius ille unicus.

BER. Venio:uerba herculis. Impuli: tūc ſuppoſui facē ardentē tremēte manu. Refugit:uidebatur fugere. Reluctant̄ nolebāt appropinquare. Recedentem:ipſe ſequebatur ignem. Caucaſum:quia ille rogus erat tanta ſtrues ut ardere crederes caucaſū ſeu athon. Sonus:nulla lamentatio. Ingemiſcit:ꝙ combureret herculem. Tiphon:ſiue typheus gigas:credo ꝙ ſi ibi fuiſſet:ingemuiſſet. Encheladus:gigas qui portauit. Oſſam:montem teſſaliæ. At ille.ſ.hercules. Parens:herculea mater herculis. Correpta.ſ.ab igne:non mouebat ſe. Gerit aliquid:nam ligna aptabat forte deficiente igne. Monet:ne fleamus. Vrere: erat eo animo ut ſi ipſe ureret aliū. Fidem uix: credebant illum ignem eſſe uerum ꝙ hercl'es tam fortiter feret eas flāmas. Placita:non pturbata. Properat:ut pœna eſſet breuior. Cūq; læto forti:quando putauit ſatis ꝙ feciſſet multa fortiter in morte poſtea uoluit mori. Exundat:ubi uidebat maiorē ignem illuc ibat. Luxere.ſ.igni. Barbe:Seruius dicit in plurali barbas de animalibus ī ſingulari de homine. Minax:cum inſtaret ignis prope uultum nūq̄ clauſit oculos. Lamberent:circūdarent. Sed quid hoc:dat locum ſequēti ſcene:nam uidet alcmenā quæ portabat cineres herculis cremati.

t Imete:Veniens alcmena cū reliquiis Herculis uitæ noſtræ cōditionē non diu durare oſtēdit: & lamentatur de ſe ipſa ubi habitura ſit locum amiſſo hercule. Superi:timete etiam uos mortem quando uidetis herculem mori. Gigas:hercules ita magnus ut uideret̄ gigas. Decreuit:a decreſco. diminutus eſt tantum ut capiatur in parua urna. Titan:exclamat ad ſolem. Moles: magnitudo corporis. Anilis ſinus: gremium meum tenuit herculem olim ita magnum. Hic:hæc parua urna. Leue:quia parum ponderat. Iterum:quaſi dicat nunq̄. Debeat lucem:quod reduxeris eum ad ſuperos non q̄ro quod redeas cum ſpolio ab inferis uidelicet cū cer.& the. ut prius rediiſti:ſed ſolus. Ignis:ardens flegeton retinebit animā tuam. Tenareas:ubi eſt ingreſſus ad inferos.

DAN. Non idē fuit:quādo reſpondit patri. Iecur:qua parte & lachrimari cogimur & amare. Encheladus: Titani & terræ filius ſuppoſitus ætnæ.caret dictio ſpiritu.

Mater herculea:alcmenæ. Gerit aliquid:uitam ſemper degit negocioſā adeo ut moriēs aliquid etiam geſſerit me iuuans me admonens.

t Imete:ueniæ in funere herculis per alcmenā matrē & inuitatos ab ea ad funeſtum munus. Decreuit:exinanitus eſt. Gigas:hercules ī mani corpore. Anilis ſinus:ſic electra exemptos de urna fictitios oreſtis cineres in ſinum repoſuit. Cui totus:cū loco athlantis cœlū ſuſtinuit. Quando:nunq̄. Tænareas fores:fauces quæ ducunt ad tartarum.

Venio pater:uultuſq; non idem fuit
Tremēte pinū dextera ardentem impuli
Refugit ignis:& reluctantur faces
Et membra uitāt:ſed recedentē hercules
Inſequit̄ ignē:caucaſū:aut pīdū:aut athō
Ardere credas:nullus erupit ſonus:
Tantū ingemeſcit ignis ad durum iecur.
Tiphon in illo poſitus immanis rogo
Gemuiſſet ipſe:quiq; conuulſam ſolo
Impoſuit humeris oſſā encceladꝰ ferox.
At ille medias inter exurgens faces
Semiiuſtus:ac laniatꝰ:ītrepidꝰ: rubens.
Nūc o parens herculea:ſic ſtare ad rogū
Te mater inquit ſic decet fleri herculem.
Inter uapores poſitus & flammæ minas
Immotus:inconcuſſus:in neutrum latus
Correpta flectens mēbra:hortat̄:monet:
Gerit aliquid ardēs:oībus fortem addidit
Animum miniſtris:urere ardentē putes
Stupet omne uulgꝰ:uix habēt flāmæ fidē
Tam placita frons ē: tanta maieſtas uiro
Nec properat uri:cumq; iā forti datum
Leto ſat penſauit: igniferas trabes
Hinc ide traxit:nimia q̄s flāma occupat
Totaſq; in ignem uertit:& qua plurimus
Exundat ignis:recipit:intrepidus: ferox:
Nunc ora flammis implet:at illi graues
Luxere barbę:cumq; iam uultu minax
Appeteret ignis:lamberent flāmæ caput.
nō p̄ſſit oculos:ſed qd hoc:mœſtā ītuor
Sinu gerentem reliquias magni herculis.
Crinēq; iactās ſqualidū alcmenes gemit:

Alcmena Philotetes. Alcme. loqtur.

t Imete ſupi fata:tam paruus cinis
Herculeꝰ ē:huc ille dcreuit gigas.
O q̄ta titan in nihil moles abit.
Anilis heu me:cœpit alcidem ſinus.
Hic tumulꝰ illi eſt:ecce uix totā hercules.
Cōpleuit urnā:quā leue eſt pōdus mihi.
Cui totus æther pondus incubuit læue.
Ad tartara olim regnaq; o nate ultima
Rediturus ibas:quando ab inferna ſtyge
Remeabis iterum:non ut ſpoliū trahas
Rurſumq; theſeus debeat lucem tibi
Sed quando ſolus:ignis impoſitus tuas
Cōpeſcet umbras:teq; tartareꝰ canis
Inhibere poteril:quando tenareas fores

Pulſabis:ah quas mater ad fauces agar:
Q ua mors adit̃:uadis ad manes iter
Habitur⁹ unū:quid diem queſtu tero:
Q uid miſa duras uita:qd lucē hāc tenes
Q uē parere rurſus herculem poſſū ioui:
Q uis me parentē nat⁹ alcmenam ſuam
Tantus uocabit. o nimis fœlix:nimis
Thebane coniunx:tartari intraſti loca
Florente nato:teq; ueniente inferi
Timuere forſan:qd' pater tantū herculis
Vel falſus aderas quas petam terras an⁹:
Inuiſa ſæuis regib⁹ ſi quis tamen
Rex eſt relict⁹ ſæu⁹:hei miſere mihi.
Q uicūq; ceſos ingemūt nati patres
A me petent ſupplicia:me cūcti obruēt:
Si quis minor buſiris:aut ſi quis minor
Antæ⁹:urbes perfidæ terrent plagæ.
Ego p̄da ducar:ſi quis hiſmarios greges
Thracis cruenti uindicat:carpent greges
Mea membra duri:forſitan pœnas petet
Irata iuno:tot⁹ uertetur dolor.
Secura uicto tandem ab alcide uacat
Pellex ſuperſum de qua ſupplicia exigat.
Ne parere poſſem fecit hic natus mihi
uterum timēdū:quæ petā dlcmene loca
Q uis me locus:quæ regio: mūdi plaga
Defēdet aut quas mater in latebras cogar
ubiq; certe nota:ſi patriam petam
Lareſq; miſeros argos euriſtheus tenet
Orbata thebas regnū & hyſmenū petam
Thalamoſq; nr̄os:in quib⁹ quōdā ioue
Dilecta uidi:proh nimis fœlix:nimis
Si fulminantem:& ipſa ſenſiſſem iouem.
utinam meis uiſcerib⁹ alcides foret
Exectus infans:nūc datū ē miſeræ: datū
uidere natum laude certantem ioui.
Et hoc daretur ſcire quot fatum mihi
Eripere poſſet:quis memor tui
O nate popul⁹:omne nā ingratū eſt gen⁹
Petā cleonas:archados an populos petā
Meritiſq; terrā nobilem quæram tuis:
hic dira ſerpens cecidit:hic ales fera.
hic rex cruent⁹: hic tua fract⁹ manu:
Q ui te ſepulto poſſidet cœlum leo.
Si grata terra eſt:popul⁹ alcmenam tuā
Defendat omni:thracias gent es petam
hebriq; populos:hæc quoq; ē meritis tuis

BER. Pulſabis.ſ.redeundo.quaſi dicat nunq̄. Aditur: petitur locus mortis:q uia ſequar te ad inferos. Vnū:quia ibi & non redibis ideo ſolum iter erit. Duras: iā debuiſſes deficere uidēdo mortē filii. Tantus:tā magnus:ut herc.q.d.nunq̄ talē hēbo. Thebane coniunx:amphitrio: fœlixq; mortuus nō uides tantū dolorē de morte filii. Timere:qa eras pater hercu. Vel:ēt ſi nō eras uerus pr̄ eius. Anus: ipſa uetula quo ibo cū ſim odio omnibus tyrānis ꝓpter filium. Si quis:corrigit ſe.ſi quē filius meus reliquit in terras q.d.interfecit oēs. Nati:filii illoꝝ quos īterfecit petent a me ſuppliciū. Buſiris:minor filius buſiris. Perſide:plage regionis in meridie ubi populus perſes. Hiſmarios: thracenſes equos ſi quis filius diomedis reſtat. Greges duri: e qui paſti carne humana dilacerabūt me apponet me pre ſe pibus illorū. Irata:quia dicor pellex eius. Vertet: odium quod habebat in her.totū uertet in me. Secura:nihil curās de hercule qa uictus eſt. Vacat:nō hēt agendū aliquid:unde ipſa ſuperſum eius pellex in quā exerceat iras. Ne parere: timebit ne pariā alterū her.ꝓpterea me pdet. Nota: cognita ꝓpter uirtutē her. Patriā:argos. Euriſtheus:qui imperabat her. Orbata:priuata filio. Hiſmenū:fluuium thebanū. Thalamos:quia ibi nupta fuit amphitrioni. Fulminantē:nimis fœlix fuiſſem ſi iuppiter me fulmīaſſet:quēadmodū ſemelē thebanā matrē bacchi & de utero meo fuiſſet exectus.i.inciſus infans her. Certantem:equantē laudes her. Et hoc:ut eo amiſſo magis dolerē.nā magis dolemus amiſſis rebus magnis quā paruis. Cleonas: ciuitatē ubi hercu. Leonem:interemit. Nobilē:famoſam. Meritis:quia ibi interfecit aprū hic i alio loco. Ales: fera ſtimphalis. Rex:cruentus buſiris. Leo.ſ.nemeus ſeu cleoneus qui in aſtra collocatus eſt.

DAN. Mater:ego herculis. Aditur:paſſiue ſicut Ouidius in annalibus. Vnde nemus nullis illud aditur equis.

Duras:ſuſtines. Tenes:moraris. Q uem parere:quando nullum amplius paritura ſim herculi ſimilimum melius moriar comes herculis q̄ ſuperuiuā orba. O nimis fœlix: qui funus filii non deploraſti.contra inſœlix pater qui ſupeſt functo filio quēadmodum neſtor qui de nimio ſtamine de legibus fatorum multa conqueſtus ē quod uiderit acris antilochi barbā ardentem. Veniente:eunte ſicut uiciſſim eo pro uenio frequenter uſurpatur. Vel falſus:etiam ſi falſus omnino formidabilis fama percelebri tui gnati. Cæſos:ab hercule. Buſiris:tale eſt.ſi quis mihi paruulus aula luderet æneas & quidem. ſi honorato credimus patribus filii erant cognomines ubi alterius nomen fuiſſet prætermiſſum. Forſitan pœnas petet:exiget a me pœnas iniuriarū filii ſi quas unq̄ niſi uincendo illi fecit iniurias aut quia me natus ſit.licet teſtāte papinio.Nil culpa nepotibus obſtet. Vertet:in caput meum cadetur omnis faba. Euriſtheus:æmulus herculis cui propter naſciturum herculem cœlum interclusum eſt indignatione iouis. Et ipſa: ſicut ſemele. Cleonæ:ſunt iuxta nemeā in archadia.unde cleoneus leo quem peremit hercules. Valerius flaccus i primo Cleoneo iam tempora cluſus hiatu alcides. Hebri populos:thracas.hebrus fluuius ex pindo trahens ortus ut placet Ariſtoteli in ſecundo metheororum.

BER. Defensa:qa ibi ĩterfecit diomedẽ. Vbi.q.d.ĩ nullo loco:quia toti mundo dedit pacẽ. Contendat:ut habeãt cineres tuos. Onus:urna quam gestabat alcmena manibus. Totus orbis:tua fama erit tibi magnũ sepulchrũ per totum orbem. Quid aĩæ:ad seipsam dicit non timendũ est dum. Tenes cineres:filii quia adhuc erunt tibi præsidia qñ reges adhuc timebunt umbram herculis. Debitos cõsolatur alcmenam philoteres. Abstulit iter:nã cũ mors extinguat omnia sola uirtus superstes restat: unde nõ ẽ dolendũ de morte filii qui tot præclara facinora egit ut ĩmortalitatem nominis sui meruerit. Degeneres:uiles carẽtes uirtute. Se dabo:ĩterrogatiue cessabo. Vindicem:unde magna est mea iactura. Vtrũq; occeanũ:orientẽ & occidentẽ. Quot:amisi unũ filiũ:sed possum existimare perdidisse multos in uno.nam plures ualebat. Condidi:sepliui. Poterã dare:& si nõ haberẽ regnũ:tñ poterã dare cũ haberem filium regum uictorem. Vna:cũ haberem filiũ herculem nunq̃ feci uota diis quia illis non indigebam.

Quid:quasi dicat omnia poterat dare. Manũ.s.herculis. Defleuit:nunc comparat miserias suas cũ miseriis aliorum. Bis septenos:quattuordecim filios. Niobem intelligit de qua diximus ĩ prima tragœdia. Ille:meus hercules.

Quot gregibus:q̃ multæ multitudini filiorum poterat eq̃ri. Alcmene:ipsa ut numerarer ĩter miseras matres. Dabit:scilicet exemplum misere matris. Cessate:o matres iã cessate a luctu & consolate uos in comparationem mei.

Pertinax:adhuc durans. In saxa:sicut dicitur de niobe.

His malis.s.meis. Nam plura habeo quam uos omnes simul. Agedum:exhortatur seipsam ad luctũ. Vna: ego sola non sum satis ad tantum luctum. Vnde uellet totum mundum resonare planctu. Breui.s.spacio:nascent̃ monstra nec erat hercu.& eum omnes uocabunt. Expedi: exere brachia nuda ad plangendum.

f Læte:mutat uersum & facit anapesticũ. Alcmenem:miserias mea.

DANIEL. Hic pax:illic pax tranquilla duce filio. De tuis totus rogis:quæritur gloria a populis per monumẽta uirorum præstantium:quẽadmodum grauis illa & capitalis pugna testificatur inter himerenses & catanẽses exorta de cineribus Stesichori ad quã dirimendam Phalaris Astipaleus iudex electus fuit:& tandem pro cataneis pro lata sententia:quoniã apcatane studiis litterarum operam nauasset egregiam. Imereus enim fuit Stesichorus poeta cæcus cæterum facũdissimus. Onus alcmenes:herculem. Hic totus orbis:coelũ sepultura est urna carentibus.tu uero ubi q; eris præsto fama & meritis. Reliquiæ herculis: etiam mortuus tibi opem feret hercules. Non est gemendus: mors eorum minime lugenda est:quorum laus emori non potest. Vindicem:ego parens amisi uindicem terræ.

Quot misera:unus hercules est mihi flẽdus pro innumeris gnatis quo solo eram regina.nam gloria parentis est filius sapiens. Succisa:orba fœtu priua. Cessate matres: ego una hodie antecedo omnes miseras miseria.

f Lete:herculearum uirtutum per lugentem alcmenam anacephaleosis.carmine pindarico.

Defeusa tellꝰ: stabula cum regno iacent.
Hic pax cruento rege prostrato data est.
Vbi enim negata est:quod tibi ĩsœlix anꝰ
Quæram sepulchrum:de tuis totꝰ rogis
Cõtẽdat orbis:reliquias magni herculis:
Quis populꝰ:aut q̃ tẽpla:quę gẽtes colet
Quis iã petet:quis poscet alcmenes onꝰ:
Quæ tibi sepulchra nate:qs tumulꝰ sat ẽ:
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.
Quid aĩæ trepidas:herculis cineres tenes
Complectere ossa:reliquię auxiliũ dabũt.
Erunt satis præsidia terrebunt tuæ:
Reges uel umbræ. Phi. Debitos nato qdẽ
Compesce fletꝰ mater alcmene inclyti
Non est gemendꝰ:nec graui urgẽdꝰ nece:
Virtute quisquis abstulit fatis iter:
Aeterna uirtus herculem fleri uetat:
Fortes uetat mœrere:degeneres iubet.
Al. Sedabo questꝰ uindicem amisi parẽs
Terræ atq; pelagi:quaq; purpureus dies
Vtrunq; clara spectat oceanum rota
Quot misera in uno condidi natos parẽs
Regno carebã:regna sed poteram dare.
Vna inter oẽs terra quas matręs gerit
Votis peperci:nil ego a superis petii
Incolumi nato:quid dare herculeꝰ mihi
Non poterat ardor:quis deus quicq̃ mihi
Negare poterat uota in hac fuerũt manu:
Quicqd negaret iuppiter: daret hercules
quid tale genitrix ulla mortalis tulit:
Defleuit aliqua mater & toto stetit:
Succissa fletu bisq; septenos greges
Deplanxit una:gregibus æquari meus
quot ille poterat:matribꝰ miseris adhuc
Exemplar inges deerat: alcmenæ dabit
Cessate matres:pertinax si quis dolor
Adhuc iubet lugere:quas luctus grauis
In saxa uertit:cedite his cuncte malis
Agedum senile pectus:o miseræ manus
Pulsate:& una funeri tanto sat est:
Grandeua anus defecta:qđ totus breui
Iã quatet orbis:expedi in plãctus tamen.
Defessa quaq̃ brachia:ut inuidiam deis.
Lugẽdo facias:aduoca in plãctum genus.

Alcmena de morte nati queritᷣ.

f Læte alcmenem:magniq; iouis.
Plangite natum:cui concepto

Lux una perit:noctesq; duas
Contulit eos ipſa quidem
Plus luce perit:tote pariter
Plãgite gentes:quoꝝ ſæuos:
Ille tyrannos iuſſit ſtygias
Penetrarẽ domoſ:ppl'iſq; madẽſ
Ponere ferrum:fletum meritiſ
Reddite tantis totus:totus:
Perſonet orbis fleat alcidem
Cerula crete.magno tellus
Clara tonante:centum populi
Brachia pulſent:nunc cureteſ:
Nunc coribantes arma idea:
quaſſate manu armis illum
Lugere decet nunc nunc funꝰ
Plangite uerum:iacet alcides.
Non minor ipſo creta tonãte.
Flete herculeos arcades obitꝰ:
Nũdũ phœbo naſcẽte genus.
Iuga ſpartes nemeæq; ſonent.
Feriatq; grauis mẽnala plãctuſ
Magno poſcite alcidẽ gemitu:
Stratus ueſtris ſetiger oris:
Aleſq; ſequi iuſſa ſagittas:
Totum pennis uelata diem.
Flete argolice:flete cleone
Hic terrẽtẽ mœnia quondam
Veſtra leonem fregit noſtri
Dextera nati:date ſithoniæ
Verbera mr̃es:gelidusq; ſonet
Plãctibus hebrus:flete alcidẽ:
quod nõ ſtabulis ueſcit' ĩfans.
Nec ur̃a greges uiſcera carpũt.
Fleat antæo libera tellus:
Erepta fero plaga gerione.
Mecum miſeræ plãgite gẽtes.
Audiat ictus utraq; thetis.
Voſquoq; mundi turba citati
Flete herculeos numina caſus.
Veſtrum alcides ceruice meꝰ
Mundũ ſuperi cœlumq; tulit.
Cum ſtelligeri uictor olimpi:
Pondere liber ſpirauit atlas
Vbi nũc nr̃e iuppiter arces:
Vbi promiſſi regia mundi:
Nempe alcides mortalis obit.
Nempe ſepultus:quoties telis

BER. Eous:aurora. Contulit:coniunxit. Plus luce:q̃uis lux ſit utilis uitæ:tamen aliquid maius perit ſcilicet her.

Penetrare:ire quando illos interfecit. Madens ſanguinolentum. Cerula:quia eſt inſula in mari clara tonante quare ibi iuppiter eſt educatus. Centum:nam ibi centum erant urbes ut inquit Virgi. Idra:nam in creta idra mons aliuſq; eiuſdem nominis ĩ phrygia. Arma:nam illi ſacerdotes galeas & arma percutiebant ĩ ſacrificiisut plene ſcribit Ouidius in faſtis.Creta:uocatiui caſus. Genus:appoſitio eſt:nam gens archada ut ſupra diximus.aſſerebat ſeſe ortam eſſe ante lunam & ſidera.unde dicit phœbo nundũ naſcente. Iuga ſpartes:montes lacedemõis & nemeæ reſonent planctu. Mænala:montem archadiæ. Poſcite:repetite. Setiger:aper ab illo in agris ueſtris fuit interemptus & ales ideſt alites ſtymphalides. Sequi:ſagittas nam uulnerata cadebat ad terram cum ſagittis. Velata:nam cum alis obſcurabant lucem. Sitoniæ:thracenſes. nam ſiton mons eſt thraciæ. Infans:quia ſtabula.i. equi diomedis non ueſcuntur ueſtris infantibus. Viſcera: filios ueſtros. Libera tellus.ſ.libia. Plaga rapta:hiſpania de qua rapuit her.armenta gerionis. Vtraq; thetis: utrũq; mare orientale & occidentale. Vos quoq;: etiam dii debetis flere quia profuit nobis quando gigantes uolebant aſcendere cœlum. Numina dei:appoſitiue turba citati ideſt uolubilis cœli. Tulit cœlum.quando ſuppoſuit humeros loco athlantis. Spirauit:uoluit ſpirare & quieſcere. Vbi:uertit ſermonem ad iouem dicens ubi iuppiter eſt cœlum q̃ promiſiſti filio. Mortalis: nam illum immortalem facere promiſeras.

DANIEL. Eos:craſis in dictione aut melius ſecũdam græcam inflexionem quæ eſt ἠωσ.οοσ. inde torquetur ἠῶοσ quæ dictio nonnunq̃ corripit primam apud latinos quod nuſq̃ inuenies in græcis auctoribus:cur id agant latini uiderint eruditi:duæ noctes fuerunt cõmiſſæ dum herculem ſereret iuppiter. Quorum:ad ſignificatum. Iuſſit:coegit ut ac niſum dicere iuſſit. Ponere:apheresis.

Madens:illorum cruore. Centum:numerus eſt diſcretus apud Homerum. Armis:quibus excelluit. Nondum phœbe:ideſt luna nam proſelines dicti ſũt teſte apollonio & Plutarco in queſtionibus. Velata:actiue dixit.

Argolice:caſtiga argolici. Sithoniæ:thracia teſte Gellio.uetuſto nomine Sithon appellata eſt. ĩde Sithonius & Sithonis declinata. Veſcitur:aut paſſiue poſitum eſt: aut per hipalagen lege. Thetis:tropas. Citati: uerſatilis & uolubilis.

BER. Pepercit:beneficia her. exprobabat ioui nisi fuisset hercu. ꝙ fulmina expendisses contra tyrãnos & mõstra Ignis:fulmen. Iaculare:saltem si non uis suscipere filiũ i cœlum mitte in me fulmẽ ut fecisti in semelem matrẽ bacchi cuius fabula nota est apud Ouidium li. meta. Natura quia naturaliter omnia moriũtur. Preclusit: an clausum ẽ tibi iter ut non possis transire quod timaatur ne iterum rapias cerberum ut fecisti prius. Morantur:tenent ne ingradiaris. Quisquantus tumultus debet esse i inferno. Nauita:charon:credo ꝙ ipse fugiat. Cenaturis: qui dicuntur esse in primo gressu inferni cum uiderunt te fugiunt:& alios ungulis suis feriunt fugiendo. Idra:quæ est in primo limine inferni:ut scribitur a Virgi. Mersit:quare adhuc est illi sua figura. Angues:quia plura capita habebat. Labores:monstra quæ uicisti. Fallor:nũc castigat se ꝙ filius nõ est ita terribilis quẽadmodum erat in mundo:cum illic nulla arma:habeat quod sane satis nobis monstrat in extrema die nulla arma prodesse. Argolico: quem interfecit apud Cleonas. Contecta:uestita pillis fuluis. Operit:tegit sinistrum brachium tuũ. Valant:circundant caput. nam rictus leonis gestabat in capite & reliquam partem supra humeros. Dentes. s. leonis. Donum:nam sagittas reliquisti philothete. Pharetre:appositiue donum. Dextra minor. philotete. Mansurus:non rediturus.

q Vid me:alcmena audit uocem dicẽtem mater qd flendo monstras me mortuum qui iam teneo cœlum. Fatum:mortem. Parce:noli plorare. Vnde alcmena audiens ista uerba miratur inde sit ista uox, credo ꝙ hercules reuersus est ab inferis & illic omnia ipsum timuerunt. Inhibet:prohibet ne ploret. Chaos:infernus. Non semel:bis uictus tibi infernus & mors horrida. Peruius:per quem potuisti iterum redire. Remeare: reuerti. Tibi soli:quod aliis nõ contingit. Tenent:quod non redeas. Metuit:ne raperes regnum inferni. Certe: uidi te ardentem in rogo & mortuum:sed tamen nonpot uisti retineri apud inferos.

DANIEL. Ad quod:littus. Populos:animas. nam perpetuus ad mortem concursus & turbæ uix satis una ratis. Fugit:interrogatiue legendum est. Fallor: petebat enim tartaream militiam nudus & sine armis. nã licet qs clypeo se protegat & galea. Mors tamen inclusum protrahet inde caput.

q Vid me:catastrophe de omni mortalitate in apotheosim meritis aureæ uirtutis. Solatur matrem. Hercules iam deus effectus. Vnde sonus:quem audiui indicem filii mei iam in collegium deorum translati. Iterum:quia semel cum theseo.

Facibusq; tuis ille pepercit.
Quotiens ignis spargend⁹ erat:
In me saltem iaculare facem
Semelemq; puta:
Iam ne elysias o nate domus
Iam littus habes:ad qđ populos
Natura uocat:an post raptum
Styx atra canem præclusit iter:
Teq; in primo limine ditis
Fata morantur:quis nũc umbras
Nate tumultus manesq; tenet:
Fugit abducta nauita cymba:
Et centauris thessala motis
Ferit attonitos ungula manes.
Anguesq; suos hydra sub undis
Territa mersit:teq; labores O nate timent.
Fallor:fallor:ego uesana parens:
Nec te manes umbreq; timent.
Non argolico rapta leoni
Fulua pellis contecta iuba:
Leuos operit dura lacertos
Vallentq; feri tempora dentes.
Donum pharetræ cessere tuæ:
Telaq; mittet iam dextra minor.
Vadis inermis nate per umbras:
Ad quas semper mansurus eris.
Hercules Alcmena. Her. loquit.
q Vid me tenentẽ regna siderei poli
Cœloq; tãdẽ redditũ plãctũ iubes
Sentire fatũ parce:nã uirt⁹ mihi
In astra & ipsos fecit ad superos iter.
Al. Vnde son⁹ trepidas aures ferit:
Vnde meas ihibet lachrymas fragor:
Agnosco agnosco uictum est chaos.
Astige nate redis iterum mihi.
Fractaq; non semel est mors horrida.
Vicisti rursus noctis loca.
Puppis & infernæ uada tristia.
Perui⁹ est acheron iam languidus:
Et remeare licet soli tibi.
nec te fata tenent post funera.
An tibi præclusit pluton iter.
Et pauidus regni metuit sibi.
Certe ego te uidi flagrantibus.
Impositum syluis cum pluribus
In cœlũ furerent flamme minis.
Arsisti certe:uei um ultima

Non tenuere tuas umbras loca.
Quid timuere tui manes præcor.
Vmbra quoqꝫ eſt diti nimis horrida
Her. Nō me rigentis ſtagna cocyti tenēt
Nō puppis umbras furua trāſuexit meas:
Iam parce mater quæſtibus:manes ſemel
Vmbraſqꝫ uidi:quicquid in nobis tui.
Mortale fuerat:ignis inuictus tulit.
Paterna cœlo pars data eſt:flāmis tua
Proinde planctus pone: quos nato pater
Genitrix in ortu luctus in turpes eas
Virtus in aſtra tendit:in mortem timor
Præſens ab aſtris mater alcides cāo:
Pœnas cruentus iā tibi euriſtheus dabit
Curru ſuperbum uecta trāſcendēs caput.
Me iā decet ſubire celeſtem plagam
Inferna uinco rurſus alcides loca.
Al. mane parumper:ceſſit:ex oculis abit.
In aſtra fertur:fallor:an uultus putat
Vidiſſe natum:miſera mens crudela eſt:
Es numen & te mundus æternus tenet.
Credo triumphis:regna thebarū petā:
Nouumqꝫ templis additum numē canā:

Chorus.

n Vnq̄ ſtygias fertur ad umbras:
Inclyta uirtus:uiuite fortes
Nec lætheos ſæua per amnes
Vos fata trahent:ſed cum ſummas
Exiget horas conſumpta dies.
Iter ad ſuperos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum
Orbiſqꝫ ſimul peccator ades.
Nunc quoqꝫ noſtras reſpice terras
Et ſi qua nouo bellua uultu
Quatiet populos terrore graui:
Tu fulminibus frange triſulcis:
Fortius ipſo genitore tuo
Fulmina mittes.

BER. Præcor:dic quid tui:caſus genitiui.i.qd te timuerunt. Vmbra.ſ.tua. Non me:reſpōdet umbra herculis ſe nō fuiſſet apud iferos:quia ſatis fuit quod uiuēs illuc adierit. Tui:ex parte tui genitricis quæ mortalis es expurgatū fuit in his rogis. Tulit:expurgauit. Paterna:pars diuinitatis quæ ex ioue erat:eſt reddita cœlo. Virtus:facit immortales & timidi q hēnt uicia moriūť. Præſens: dicis te neſcire unde ſit hic ſonus uenit ille ex cœlo ubi ego ſum.
Euriſtheus:iā euriſtheū nō timebis quē ſupra diximus imperaſſe. Herculi hic tibi dabit pœnas. Trāſcdēēs: ſupans ſuperbū caput.i.euriſtheū.cū me filiū tuū deū hēbis. Mane:rogabat mater ut reſiſteret:& ille fugit ab oculis eius.
Credula:qa miſeri putant uidere interdū quod nō ē uerū
Canā:ibo tebas & aperte denūciabo herculē factū deū eē
n Vnq̄:uerſus anapeſticus.hic chorus laudat uirtutē quæ ſola imortales hoies facit.ut plato plene teſtatur q uoluit puris aiābus aditū patere i cœlū:cōtamiatas uero deprimi i terris addēdo cocytos phlegetontaſqꝫ fluuios flāmiuomos. Lætheos:iſernales. Summas horas:ultimū tempus uitæ. Pendet:aperiet.hi ſunt de qbus Maro inquit. Hos ardens euexit ad ethera uirtus. Sed tu:iā præcať Herculē tanq̄ deū. Ades:faueas nobis & gere curam noſtri:ut ſi quod monſtrum natum fuerit de cœlo mittas fulmina.
DANIEL. Vmbra:ſimulachrū enim petit manes. cœlum anima & corpus in puluerem ſoluitur.
n Vnq̄ ſtygias:laudat herculē chorus & numē adorat uirtutis herculeæ:peruenimus tandē in optatū portū:lector candide. pelagus ingens emēſi ꝑcipiti curſu:perfecimus nanqꝫ intra mēſes tris iter nouē ānoꝝ nō abſqꝫ tñ periculo īminentis naufragii. nā iportuniſſimi iſti remiges noſtri dū nimis auide ad tuā pecuniā uela cōtēdunt:in infames ſcopulos:in ſcæuā charybdim & ſcillā immanē hanc meā ſutilē cymbam propemodū pertraxerūt. erat enim hoc mare nauigandū rate fatidica & magiſtro typhi. ſed gratias tandē cū coronis deo optimo perſoluamuſ uendibiliori merce poſtac nauigaturi.

FINIS

BER. Habes amice lector cōmentaria in aureas. L. Aenei Senecæ tragœdias tanto uitæ bono:ut ſi diligēter eas ꝑlegeris:nihil tibi conducibilius reperire poſſis ad bene uiuendū:& ad reꝝ locorūqꝫ omnifariā cognitionē. ibi ſententiæ graues ad inſtituendū uitæ modū:hyſtoriarū fabularūqꝫ enarratio:fortunæ uarietas urbiū:montiū:aquaꝝ maris & fluuiorū:regionū populorūqꝫ deſcriptio:uerborum enucleatio:ordo textus ita ſimplex:ut quiſqꝫ nouitius oīa facile ꝑcipere ualeat. Itaqꝫ leges gratūqꝫ accipies: ſi minima proſequuti ſimus:ut tu maiora indipiſcem poſcis. Vale.

Venetiis per Matheū Capcaſam parmenſem. Mccccxxxxiii. die. xviii. Iulii.

REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &. Oēs ſūt terni excepto. a. b. q ſunt q̄terni & eſt duernus.

Non tenuere tuas umbras loca,
Quid timuere tui manes pecoris.
Vmbra quoque es? quis nunc horrida
Her. Nō me gementis stagna cocyti tenent
Nō puppis umbras furua transuexit meas.
Iam parce mater questibus manes semel
Vmbrasq; uidi: quicquid in nobis tui
Mortale fuerat ignis euictus tulit.
Paterna cœlo pars data est flammis tua
Proinde planctus pone, quos nato paret
Genetrix inerti. luctus in turpes eat
Virtus in astra tendit, in mortem timor
Præsens ab astris mater Alcides cano
Pœnas cruentus iam tibi Eurystheus dabit:
Curru superbum uecta transcendes caput.
Me iam decet subire cœlestem plagam
Inferna uinco rursus Alcides loca.
Al. mane parumper: cessit ex oculis abit,
In astra fertur: fallor an uultus putat
Vidisse natum: misera mens credula est.
Es numen & te mundus æternus tenet.
Credo triumphis: regna thebanum petam
Nouumq; templis additum numen canā.

Chorus.


Nunq̄ stygias fertur ad umbras
a Inclyta uirtus: uiuite fortes
Nec lethæos sæua per amnes
Vos fata trahent: sed cum summas
Exiget horas consumpta dies.
Iter ad superos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum
Orbisq; simul pacator ades.
Nunc quoq; nostras respice terras
Et si qua nouo bellua uultu
Quatiet populos terrore graui:
Tu fulminibus frange trisulcis:
Fortius ipso genitore tuo
Fulmina mittes.

Tabula Epistolaꝝ Lucij Annei Sene/ce cordubensis Maximi latinoꝝ Magistri et institutoris honeste vite Ad lucilliũ.

Tabula Epistolaꝝ Senece
vsq̧ ad quartumdecimum librum finit. Laus deo.

Erasmus

Nihil tam sanctum, quod est, quod non improbus [illegible] vertat in occasionem peccandi.


De o re pruden tis procedit
la dulcedo mellis est lingua